# DVBITANTIVS DE VERA CERTAQVE, PER CHRISTI IESV EVANGELIVM, SALVTIS æternæ via, Libris III. instructus:

QVIBVS

*POPVLARITER DOCETVR, VERAM certamq; Salutis æternæ viam, nisi apud Catholicos, non inueniendam: Verbumq; Dei Euangelicum per Lutherum, Caluinum, aliosq; istos Euangelicos Sectis propè nonaginta miserè dissectos non restitutum, aut instauratum: sed verè adulteratum, priscis hæresibus ferè omnibus Euangelij titulo renouatis corruptum, atq; humana doctrinæ fermento, deprauatum, verißimeq; prophanatum.*

AD VNIVERSOS GERMANIARVM Galliarumq; Fratres Catholicos.

ECQVID HIS EX DIALOGIS PIO LE*ctori, nulloq; anticipatæ opinionis præiudicio occupato, aut ueri odio excæcato, fructus capiendum ueniet, uersa loquetur pagella.*

*Authore VVilhelmo Damasi Lindano, Episcopo Ecclesiæ Ruramundensis.*



COLONIÆ,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXI.
*Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.*

# PIO ET CANDIDO LECTORI.

Videas hic, Candide Lector, non modò istius Tragœdiæ contra Catholicam Dei Ecclesiam per Lutherum, eiusq; discipulos & coniuratos motæ Historiam, dissidiorum quoque Ecclesiam Christi perturbantiũ originẽ, & causas: Sed stratagemata etiam artesq; longè fraudulentissimas, quibus infestissimus Christiani nominis hostis Diabolus Draco ille Apocalypticus, solutis nunc gehennæ uinculis in orbem regressus, erecta per Euangelicos istos uarijs factionibus dissectos, atq; Iudaicis, adeoq; Mahumetanis erroribus deprauatos, impietatis scala, uiam suo illi Antichristo propediem aduentanti sternit, ut regnum Christi Ecclesiam Dei Catholicam Apostolica ueritate fundatam, pseudoapostolorum mendacijs ex priscarum suarũ hæreseon lerna renouatis labefactet, euertat, perdat.

# AD VNIVERSOS GERMANIARVM, PRIMAE ATQVE POTISSImùm *secundæ, Galliarumq́; Fratres Catholicos, in Dubitantium tribus Dialogis instructum,*

## PRAEFATIO.

POsteaquam sæuissima in nos Dei Opt. Patris nostri ira, charissimi in Domino fratres, placari hactenus nō potuit, vt dissidio ante annos propè quinquaginta, de Religionis dogmatibus in Saxonia quidē exorto, sed toto in orbe Christiano dirum, eheu, in modū grassanti, atq; indies incredibiliter inualescenti, vllū adhiberetur remediū publicū, ad alia quisque necesse est sese conuertat consilia, quibus suā suorumq; fratrum tutissimè conseruandam tuendāq; adiuuet salutem æternam. Cùm enim optatissimo vobis om̄ibus Cōcilio Tridentino, tot iam annos parturienti pro votis succedere, nunc hac, nūc illa de cau-

ſa nondum datur, non ſolùm publica iſta aberrantium, adeóq; intereuntium fratrum noſtrorum peſtis graſſans non ſedatur, aut trucidans non cohibetur, aut inualeſcens remedijs hactenus adhibitis non ſiſtitur: ſed flammæ efferæ in modum inſurgit acrius, vicina, proxima, & quod poſteris videbitur incredibile, remotiſsima quæq; in ſui pabulum allectat, arripit, conuertit, adeò vt nec illi, quibus & vita contrario ex dogmate conſiſtit ſalua, huius incendij ſcintillas effugiant.

Huic igitur malo vt nos hac pro virili occureremus, nó ſatis duximus, priuatis precibus aduerſus iſthæc varia validaq; hoſtium Dei caſtra pugnare, aut pro Concionibus declamare: ſed luculento aliquo etiam ſcripto hoſtiũ fraudes inſidioſosq; dolos detegere, quibus Euangelij prætextu verbum Dei Euangelicum verè deprauant, corrũpunt, adulterant. In quo non iam exactã illam doctis gratiſsimã ſequemur

metho-

methodũ, in Panoplia pridẽ delineatam: sed eorum, quibus labor hic desudat ratione habitâ, populariter illa perstringemus, vnde Christianorum quiuis, cui vel extrema Christianismi vestigiola sunt salua, neq; totus est illi cæcitatis ac vertiginis spiritui traditus, manifestò perspiciat, veram certamq; æternæ salutis viam, non alibi nec quærendam nec inueniendã, quàm in Catholica Christi Iesu Ecclesia, quæ verã Religionis Orthodoxæ proponit doctrinam. Proinde vt ætate infirmioribus, aut iudicio tardioribus, ingeniòue rudioribus aduersus fraudulentissimam serpẽtis illius antiqui internecino nos odio assiduè persequentis astutiam fratribus minus q̃ par est munitis atq; instructis, certam indubitatamq; huius rei tantoperè necessariæ præberemus demonstrationem, hunc laborẽ totum Dubitantio placuit inscribere. Vt em̃ eius persona totũ lucubrationis huius scopum suo præfert ac loquitur nomi-
 ne:

ne:Ita cũ Constantius colloquutor suo itidem nomini congruenter in vera Catholicę fidei doctrina cõfirmare studet. Ille enim varijs peragratis regionibus (vtì nũc magis q̃ solent, nostrates adolescentuli, mercaturę dediti, ac phylargiri propemodũ dixerã venditi) ex Catholico ad suos redijt, nouis imbutus istorũ Euangelicorũ opinionibus: qui toto insidiantur orbe, vt vnũ suæ Synagogæ Antichristianæ faciãt proselytũ ac secũ gehennæ filiũ. Nam istorũ fraudib9, falsus de Catholicæ fidei dogmatum dubitat veritate, ambigitq́;, penes quos tandem vera sit Dei Ecclesia, veraq́; salutis æternæ per Christũ quærẽda via. Vnde ei & discipuli de Catholicorũ doctrina ritibusq́; dubitantis partes tribuimus. Alter verò suo pro nomine magistri partes sustinens, verã salutis per Christũ viam in vna Catholica Christi Ecclesia, q̃ hodie totũ per orbẽ habet, agnoscit & suspicit Episcopos Christi vicarios, & Apostolorũ succes-

sores,

ſores, inueniri poſſe oſtendit. Quò igitur cõmodiùs diſputationes illæ explicentur, ſic eas vobis fratres in Chriſto chariſsimi exponã, quaſi res agatur, nõ quaſi narretur, vt ſolis luce clarius veritatẽ Euãgelicæ doctrinæ penes ſolos Catholicos eſſe, quiſq; perſpiciatis. Primus ergo Dialogus illas Euangelicorũ cõplectitur corruptelas, quibus verbũ Dei Euangelicũ à Chriſto eiusq; Apoſtolis toti orbi verũ, incorruptum, puriſsimũ eſt aſsignatũ, & in manus traditũ conãtur fàlſare, corrumpere, adulterare: vtì feciſſe illos demonſtratur in Symbolo Apoſtolorũ, in Scriptura noui Teſtamenti, in Sacramentis. Secundus varias habet Euangelicorum ſectas propè nonaginta, quibus verum videre volentibus, ſuum illum diſſenſionis ſpiritũ produnt, qui Antichriſti eſt proprius. Tertius miracula cõtinet, quibus ſuũ orbi probare volunt Euangelium nouũ pro illo veteri ſuſcipiendũ. Item ſeditiones ac calamitates per

*Corruptelæ Euangelicorum.*

*Sectæ Euãgelicorum nonaginta.*

*Calamitates & plagæ per Euãge*

licos Christianis inflicta. eos orbi inuectas, decemq; plagas, quibus Deus Opt. Germaniam Galliamq; à Lutheri, Caluini, aliorumq; Pseudoapostolorum mēdacijs, impietatibus, sacrilegisq; dogmatibus piè studet ad suam, vnde certa cum sua pernicie discessêre, Catholicam reuocare Ecclesiam. Hæc vt magis pio Lectori elucescant, non abs re facturi videbimur, si quæ inuolutiùs sunt nunc proposita, enucleatius, ceu in tabella, per Catalogum conspicienda euoluantur. Valete in Christo Iesu Fratres charissimi, qui vos fide vnanimes, spe feruidos, charitate fulgidos, corpore, anima & spiritu semper seruet tueaturq; incolumes. Ex Hagha Comitis Holland. V. Kalend. Nouemb. Anno M. D. LXIIII.

*Vestræ ad unum omnium æternæ salutis amantiss. ac studiosiss.*

*VVilhelmus Damasi Lindanus, Dei Opt. dignatiōe, licet indignissimus, Ecclesiæ Ruræmund. Episcopus.*

Dubitantius longa ex peregrinatione, nouis Euangelicorum imbutus opinionibus, ad suos reuersus, à Cõstantio ueram salutis æternæ per Christi Euangelium uiam discere cupit: cui dißidiorũ huius seculi fontem ostendit fuisse Lutherũ, aliosq; nouatores aliquot.

2 Quòd Symbolum Apostolorum per Lutherum aliosq; Euangelicos est adulteratum. Legunt enim, Credo Ecclesiam Sanctam Christianam.

3 Quòd articuli Symboli undecim per Lutherum aliosq; sunt alium in sensum deprauati, quàm eos docuere Apostoli, uti olim per Arrium, Valentinum, Marcionem, aliosq; hæresiarchas.

4 Quòd Verbum Dei per Apostolos prædicatũ magis est in sensu articulornm fidei, quàm in uerbis Symboli: Rursus, magis in doctrina Ecclesijs tradita, quàm in Scripturis.

5 Quòd Ecclesia Dei Catholica est columna & sedes ueritatis, ubi eius notæ Apostolicæ explicãtur: quôd una, & Catholica, & ubinam hodie certò certius reperiatur, ac quòd cuique ad salutem hodiè est necessarius cũ Ecclesia Romana in fidei dogmatibus consensus, atq; Sacramentorum eius communio.

6 Quibus de causis Lutherus hac Dei Ecclesia egressus, suis cõtentionibus, uti ait Ioachimus Camerarius, Christianum perturbarit orbem. Vbi historia

texitur Lutheranæ istius Tragœdiæ, cuius origo nō fuit alia, quàm Lutheri auaritia superbia, & rabidum in Rom. Pontificem odium, ipsius uerbis demonstratum.

7 Quàm eius dogmata in Christum & homines libero spoliatos arbitrio fuerint iniuria & blasphema.

8 Quænam suæ abominandæ doctrinæ iecerit principia, ut nouam induceret fidem, quam uocat specialem.

9 Hinc liquere, quónam fuerit actus spiritu, an illo Christi, qui est concordiæ: an dissensionis & discordiæ, qui est Antichristi: ubi disquiritur, an Lutherus fuerit dæmoniacus, an uti Cæsar Carolus V. A. ait edicto VVormat. anno. 22. malo obsessus spiritu.

10 Quomodo sua uersione anno 21. Lutherus scripturas mutilarit, reijciendo epistolas D. Iacobi, secundam Petri, D. Ioan. epist. & Apocalyp.

11 Quomodo sua uersione anno 21. deprauarit, adulterarit, euerterit nouum Testamentum, catalogo locorum undeuiginti liquidò demonstratur.

12 Quomodo eius discipuli Confeßionē Augustanam anno trigesimo oblatam deprauarint & adulterarint anno trigesimoprimo, anno trigesimo septimo, anno quadradesimo, &c. & quid alij Euangelici suis in editionibus præstiterint Seruetus, Castalio, Beza, Brentius, Zuuinglius.

Qua-

13 *Quomodo Lutherus alia quoq; Ecclesiæ dogmata uariè deprauarit.*

## LIBRI SECVNDI CAPITA.

Cvr *sectæ tam uariæ nunc graßentur, accuratissimumq; diaboli studium ad dispergendum Christi gregem depingitur.* Lib. II.

2 *Remedium contra sectas pij facilè capiunt ex tā uaria sectarum diuersitate, quarum quælibet alteram hæreseos condemnat.*

3 *Sectæ uariæ quomodo ex Lutheri spiritu uario & doctrinæ inconstantia exortæ.*

4 *Catalogus sectarum euangelicarum nonaginta, & quàm immaniter istæ Euangelicorum sectæ sese mutuò persequantur, uerbis, linguis, scriptis, excommunicationibus, & ipsis denique gladijs, adeoq; rogis.*

5 *Veteres omnes hæreses quomodo per Lutherū aliosq; Euangelicos renouatæ, tam quæ Concilijs generalibus, quàm prouincialibus fuere olim damnatæ. Item Simonis Magi, Sabellij, Manichæi, Donati, Pelagij, Aerij.*

6 *Iudaismus Euangelij prætextu amplius uiginti partibus apud Germanos inductus.*

7 *Mahumetismus (non tantùm quò ad Religionis Christianæ faciem, sed etiam Politicæ institutionis usum) quomodo per Lutherum aliosq; in Germaniā, Galliamq; inuectus.*

Quod

8 Quòd impietate Mahumetanum Alcoranum uincunt Euangelici.

9 Cùm Dominus Christus istis seductis Euangelicis ouiculis sit factus non Christus, planeq; inutilis ac ex uita mors, quonam modo Diabolus erecta per Lutherum impietatis scala in cœlum sit conatus ascendere, atq; Christo Domino hominum mente Sacramētis, templo, ara, cœlisq; adeò ipsis exturbato, ac in tartara relegato & damnato, Deoq; uero per quosdam abnegato, sese pro Deo coli impetrarint.

10 Quàm miserabilis ac pijs omnibus deploranda sit Euangelicorum cæcitas, quodq; suis sectis innumeris uiam certissimam Antichristo præparant ex Erasmi testimonio.

11 Quàm ingens nunc inualescat uerorum Christi, osorum ac hostium numerus, quodq; Nicodemici fiunt plurimi, ac otiosi istius belli sacri spectatores ac dissimulatores: quibus eadem cum Christi hostibus erit sors in stagno illo ignis ac sulphuris.

12 Plurimos Catholicorum claudicare in utranq; partem, & quænam fides faciat Catholicos, ac uerè sit salutaris.

13 De angustis admodum Ecclesiæ Catholicæ limitibus, intra quos oporteat se pios continere, si saluari uelint.

14 Cur tam immensus hodie à fide Catholica sit errantium numerus. Vbi caussæ exponuntur istius calamita-

lamitatis Ecclesiasticæ, quòd Iudicium extremum plerisq; in obliuionem abijt: quòd ueram Dei charitatē non habent, uti liquet ex improba sectariorum uita: quòd Clericorum scandalis offensi, Ecclesiasticā oderunt & deseruerunt doctrinā, unà cum uera Dei Ecclesia, Christiq; ouili: ad quod redire oportet, si salutē sibi uolunt saluam. Admonitio de extinguendo hoc dißidiorum in Religione incendio.

LIBRI TERTII CAPITA.

Post epilogum transitio est ad calamitates per Euangelicos Germaniæ inuectas. Cùm sese Lutherus Christi Euangelistam & tertium iactaret Heliā: Osiander se alterum Enoch: Michael Seruetus uerò, unicum se mundi Prophetam: Dauid Georgij sese tertium Dauidem, uerumq; Christum, quibus nam id demonstrarint miraculis. Cap. I.

2 Quàm sanguinaria sequuta sit per Germaniam calamitas, occisis Rusticis supra 13000. per seditiosos Lutheri libellos, concionesq;, in libertatem Euangelij prætextu concitatis, ac ut supra 300. Nobilium castra & monasteria fuerint per solam Franconiam direpta, exusta, euersa.

3 Seditiones quoq; in oppidis fuiße per Euangelicos excitatas, ac quantum isti spem conceperint de occupanda Republica.

4 Plagas Germaniæ non eße nisi mutatæ ueræ Religionis pœnas. Quòd ad sexaginta millia ferè fuerint

*rint à Turcis in captiuitatem ex Germania uiciniaq; abducta: Vbi & decem plagarum Germaniæ catalogus texitur, quibus ad resipiscentiam inuitatur, nisi in Turcarum manus tota uelit incurrere, idq; breui.*

5 *Quàm Turcica paßim facies occurrat Germaniam contemplanti, Abrogato Christianismi Sacrificio, templis primùm spoliatis, mox clausis, exustis & demolitis: Imaginibus fractis, Dei uirginibus stupratis, sacris semel omnibus prophanatis, ac legibus uiolatis.*

6 *Cùm horum malorum omnium author sit & caussa Lutherus, an igitur sit Antichristus.*

7 *Quòd nomen Martin Lauter exprimit quidē numerum illum bestiæ Apocal. 13. numerus hominis est 666. non tamen est ille Antichristus à Christo & Prophetis prædictus, sed uerus Pseudopropheta & ouis pelle tectus lupus.*

8 *Lutheranos impudentißimè fingere DD. Ambrosium & Augustinum, de Sancti Lutheri aduentu prophetaße.*

9 *Mors Lutheri qualis, & hæresiarcharum mortem non semper suis respondere sacrilegijs.*

10 *Quàm uanus fuerit Propheta Lutherus, qui Romano Pontifici exitium prædicere persæpè sit conatus.*

11 *Quòd Lutheri Pseudoeuangelium planè corruat*

ruat & pereat per Lutheri discipulorum discordiam in illius doctrina exortam, uariaq; dißidia de uero eius Euangelio, testibus Hedione, Illyrico, atq; Eras. Sacerio suis cum manipularibus in Confeßione Mansfelden. Quòd Caluinistæ suos iactant libellis editis triumphos de ruina & euersione Papatus Saxonici.

12 Per Lutherum aliosq; Euangelicos uerißimè certißimam Antichristo & Turcarum tyrannidi uiã præparari. Quantum spei de occupando Germaniæ Imperio Solymannus Turca ex Lutheri doctrina tam seditiosa conceperit, ipsius ex uerbis demonstratur, quòd Luthero longiorẽ optarit uitam, qui ipsum aliquando gratiosum habiturus esset Dominum.

Epilogus totius operis tribus dialogis comprehensi.

DIA-

# DIALOGVS
## PRIMVS

*Dubitantij & Constantij.*

DVBIT.

NVPER longa ex peregrinatione ad meos reuersus, Constanti, cùm mecum reuoluo, quàm varia per Germanias & Gallias audierim de fide Christiana, Euangelioq; dogmata, vix mihi quicquam certi constat, quæ nàm omnium Religionum tandem habẽda sit verissima. Omnes enim suam dictitant Euangelicam; om̃es sibi Christum aiunt suæ doctrinæ auctorem; om̃es suę opinionis alienos damnant hæreticos; Omnes deniq; vt sese verum, Germanumq́; iactant habere Euangelium: ita veterem damnant, adeóq; execrantur Christi Ecclesiam. Hic sanè mecũ ambigo, quam demum sequar veram doctrinæ reipsa Euangelicæ viam; num il-

*Peregrinatio nũc adolescentulis admodùm est periculosa, ob uarias nouæ doctrinæ peregrinaq́; religionis contagia.*

lam noſtratem veterẽ,quæ dicitur Catholica? an potiùs nouarum aliquã? de qua ecquid tu ſentias, percuperem cognoſcere,cùm te varias quoque perluſtraſſe regiones pridem nôrim.
CON. Aliquã vitæ meæ partẽ equidẽ peregrinationibus cõſumpſi; vnde & mihi hoc nomine vehemẽter gratulor,ꝙ Deus Opt.ita meã direxerit viã, vt extra patriam haud exiguo tempore verſatus, eiuſdem tamen meis cum ciuibus ſententiæ atq; de Euangelio doctrinæ redierim. Video enim pleroſq́, qui extra Catholici Regis noſtri prouincias verſati ſunt, redire vt nec ſanctiores,ita nec eiuſdem cũ ſuis ciuibus, aut etiam inter ſe fidei, atq; opinionis.

Aliter enim ſentiunt de auitæ Religionis doctrina & ritibꝰ,quàm aut maiores noſtri nobis per manus tradiderũt,quod ipſi à ſuis exceperant: aut noſtri concionatores credendum docẽt.
DVB. Cõfido Cõſtanti,de vera Euãgelicæ veritatis via te nequaquam ambigere,

bigere, à quo mihi polliceor certam recti ad veritatem itineris demonstrationem, cuius te pristinum memini inuestigatorem.

CON. Equidem huius ad veritatem Euangelicæ doctrinæ itineris semper me studiosum professus sum: cui vni rei & annos plurimos, conspecto tanto istarum nouarum opinionum ab Ecclesiæ dogmatibus dissidio, haud oscitanter exantlaui, quò mihi semel constaret certissimum, ecquid ex om̃ibus inter tam varias de Christi Euangelio opiniones tutò esset sequendum: quod mihi nunc, Deo Optimo gratia, supra omnia, quæ mũdus habet speciosa, gratulor contigisse. Nam ex deprehensa tanta Euangelicorum & inter se, & à seipsis quoq; (quod videatur incredibile) discordia, adeò non sum à fidei Catholicæ constantia deiectus, aut deturbatus, vt magis me (Christo Deo meo gratia immortalis) senserim confirmatum. Illud enim inter inuesti-

gandũ ſemper tanquam indubia veritatis Cynoſura verſabatur præ oculis, VNVS DEVS, VNA FIDES, VNA ECCLESIA, cui certam indubitatãq;, credebam adeſſe veritatem. plura eñ vera diſcrepãtia eſſe non poſſunt. Hãc vnam rerum om̃ium Reginam veritatem amaſiæ loco mihi adamatam à Chriſto Domino ſupplex aſsiduis expetiui votis, vt ſua in Eccleſia oſtenſam dignaretur conſeruare, tueri, perficere.

DVB. Gratiſsimum feceris mi Conſtanti, ſi pro veteri illa noſtra amicitia, huius tui thezauri tanto, vti ais, ſtudio conquiſiti, tanto annorum plurimorũ ſpatio comparati cõmunione me beare non dedigneris.

CON. Nihil fecerim libentius, modò tuę ſalutis memor aures, animumq; præbere velis ſedulò attentum.

*Lutheraniſmum, aut nouam Euangelicos*

Efficiam eñ diuino fretus auxilio, vt luce meridiana agnoſcas clariùs, Lutheraniſmũ, ſiue nouũ iſtud appellare malis Euãgeliũ, imperitis q̃dem placere

re posse, diu probari non posse: quod suo ipsi quotidiano demonstrãt exemplo Euangelici, tam variè de fidei capitibus sentientes, atq; adeò scribentes. Animaduertendum igitur sedulò. Res em̃ maximi agitur momenti, vnde & salutis sequatur periculũ, ni toto animo aduertas ad ea quæ nunc tractabimus.

*rum doctrinam placere non omnino stupidis posse, probari diu non posse.*

DVB. Ne diffidas, quin auidissimè quæ dices excipiam. Nõ enim tam auidè vnquã aut in nauiculis nostratibus, aut curriculis, vbi vel maximè garrire solent, istos nouatores audiui, quàm te nunc audire gestio; vbi te tanto tempore hanc in rem certò deprehendendam incubuisse in elligo.

CON. Agedum mi Dubitanti, locũ quæramus nobis huic rei idoneũ. Grauis enim est, quæ vti animũ postulat à negotiorum turbellis vacuum, ita & locum ab interpellatoribus liberum.

DVB. Animus mihi certe nũc est ad quietem cõpositus: soleo enim dies festos diuinis dedicare occupationibus,

vti profeſtos prophanis meis ſeculi negotijs. vnde ſi libet templum accedamus, vbi inter ambulandum rem hanc licebit pertractare.

*Politica lex Amſterdami, non ambulandũ in templis.*

CON. Rectè habet, quòd dies Feſtos ſuis das vſibus: ſatis enim ſuperq; otij noſtri anguſtias atterunt dies profeſti, qui corpori curando abundè (ſi ſaperemus) ſufficiunt. Sed quòd me in templũ inuitas obambulandi cauſa, demiror tibi in mentẽ nõ venire pulcherrimę politicæ legis Amſterdamẽſis Reipub. quæ cauet certa pœna, ne quis diuinorũ tempore in tẽplo obambulet. Sanè mihi quouis tẽpore illic obambulare religio eſt, quod domus Dei, orationis locus eſt, non fabulis cõſecratus, ſed Dei laudibus. Quò igitur tibi morẽ geram, age in Tilianum illud nos recipiamus, vbi amœniſsimũ eſt ambulacrum, ſpectaculum pulcherrimũ, & ſeceſſus cõmodiſsimus, vbi & interpellatores declinare licet, & citra fatigationẽ ad viuariũ illud limpidiſsimum aut

*Tilianum Haghenſe quod uocãt den Viuerſberg.*

reſi-

residere, aut procumbere suauissimè.
DVB. Placet sanè locus tiliarum frequentia amœnissimus & opacitate tẽperatissimus, vicina quoque viuarij amœnitate solis æstũ refrigerante, iucũdissimus. Videor mihi laqueato sub tecto ambulare, ita suis iucundissimæ obtensis ramis tiliæ in camerã arcuatæ hanc semitam inumbrant, vt vix credam nos vel densissima pluuia macerandos. Incipe nunc, quæso te mi Cõstanti, rectam illam, quam pollicebaris, inueniendæ veritatis viam capescere, mihiq; demonstrare, quonam modo & ego eam certò demonstratam teneam.
CON. Quod postulas, longi qdem est negotij, non minus q̃ ardui, quodquè vno die & mihi difficile sit peragere, & tibi meminisse. Adhæc, quia memoria mihi non est fælicissima, pro eo atque in mentem veniunt candidè, citra fraudem tamen omnem, perlubenter in medium adferam huc facientia,

DVB. Non iam exactã requiro istorum dogmatum refutationẽ,& fidei veræ Catholicæ confirmationẽ,quæ alterius sunt & loci,& temporis: sed populariter tãtum atq; rudiusculè mihi delineatam optarem certam aliquam veritatis re'psa Euangelicæ viam certò cognoscendã,quam & tutò ingrediar, & securus in mortem vsq; obtineam.
CON. Negotium quod imponis eò fuerit leuius, quò leuiore manu optes confectũ. Nos igitur diuino freti auxilio,quod pijs istis votis,sanctoq; iuuãdi proximos studio inuocatũ non deerit, pfunctoriè, vti ambulacro dignũ est,rem capessamus. Tu verò hoc vnũ exolueris quæso,quod hac in re obedienti debes,vt obnixius Dominũ orando mihi subuenire non desinas.
DVB. Æquissimũ est quod postulas, neq; tantis de rebus,nisi comitantibus semper precibus,agendum arbitror. Agedum igitur,Christo bene propitio atq; iuuante,dic Constanti, vnde hoc

ſeculo tantorum diſsidiorum de vera Euangelij Christi doctrina origo?

CON. Rectè noſtri ſermonis exordiú à diſsidiorũ tam variorum de vna, veraq́; Euangelij doctrina origine capiendum mones, quã tibi libenter exposuero, vbi antè quiſnam animi tui ſtatus ſit cognouero: quid videlicet mi Dubitanti, inter tam varias de Christi Euangelio, plurimaſq́; pugnantes opiniones, quas paſsim audiſti, retineas firmum atq; indubitatum.

*De origine diſsidiorum huius ſeculi infœliciſsimi.*

DVB. Symbolũ F. dei, quod puer didici obtineo, & illud indubius firmiſsimè credo eſſe veriſs. quo ſaluo, mihi probè videor Chriſtianus. Diſputent alij alijs de rebus, ego ſymbolum obtinebo.

*Ex Symbolo apoſtolorum aut deprauato, aut male intellecto nata tot ſectarũ diſsidia.*

CON. De hoc poſteà, vbi Symboli tui illam audiero partem, quę de Eccleſia eſt, quomodo eam quæſo recitas?

DVB. Sanctã Eccleſiam Chriſtianã.

CON. Quid ita? an ſic à maioribus audiſti?

DVB. Sic vulgò nũc recitatur, & cãtica vulgi sic passim sonant. Sic habent & imagunculæ cũ Lutheri effigie impressæ per Alemaniam: sic etiã puerorũ Alphabeta & Cathechismi in vulgus noti, Vtenhouij, Micronij. Iohã. à Lasco, & istius noui fermenti plurimorũ.

*Cap. 2.*

*Symbolum apostolorum Lutherus alijq́; Euangelici deprauarũt*

CON. Sic habere passim libellos & Catechismos, etiam Antvverpiæ cum priuilegio editos, & in Gallijs scio, & pridem me talem per Svveuiam vidisse imaginem cum Lutheri effigie impressam memini.

Sed hãc fuisse Lutheri corruptelam in rudimẽtis sui nouati Euangelij crediderim, quod & Lutheranis Vvicelius iam pridem ante annos 30. exprobrauit. Iam sanè & ipse, & Melãchthon aliter scribunt. Sic enim alia etiam multa emendarunt, postquam reprehensa fuêre à Catholicis, vti in Apologia & locis communibus Melanchthon plurima interpolauit sæpius.

*In retectione Lutheranismi. Anno 32.*

DVB. Papè quid audio, Symbolóne

Apo-

Apoſtolico corruptelam adferunt E-uangelici?

CON. Quid mirum? quum & alios articulos initiò adulterarunt, non quidem, vt hunc, verbis, omittentes Catholica: ſed ſententia, vti illum, Deſcendit ad inferos. Item, credo remiſsionẽ peccatorum, alioſq; alium in ſenſum credunt & docent, quàm Apoſtoli tradiderunt Chriſtianis: aut orbis hactenus credidit Chriſtianus.

*Articuli Symboli Apoſtolici ab Euangelicis adulterati & deprauati.*

Vides nunc, opinor, illum Symboli articulum huncin modum retinendum, vti tuis à maioribus accepiſti, Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam.

DVB. Quantum, obſecro, refert, an recitetur Catholica an Chriſtiana? cũ eadem ſit Eccleſia.

CON. Vt ſacrilegiũ iſtud in præſentiarũ diſsimulemus, quod Euãgelici in permutando, adeóq; adulterando Apoſtolorum Symbolo committunt, vox Catholica ab Apoſtolis Symbolo addita certiſsimum eſt ſignum, quo vera Chri-

*Vocabulum Symboli, Catholica, cur mutarint in aliã uocem.*

Christi Ecclesia ab omnibus diaboli conuenticulis secernitur, imo & à schismaticis, qui salua per omnia Christi fide, solam deserunt Ecclesiæ vnitatem. Quia ergo Lutherus suam Synagogam non potuit cóscientia reclamante vná cum toto orbe dicere Catholicam, mutauit in Christianam: quæ illic esse simplicibus apparet, vbi Christus nominatur & prædicatur.

*Ecclesia Christi cur ab Apostolis dicta Catholica.*

*Symbolum fidei an sit apostolorũ credendum.*

DVB. Temerarium videtur Symbolum, quod dicitur Apostolorũ, mutare. Dic quæso, est nè Apostolorum?

CON. Certè est. Sic enim proponit hactenus ab ipsis sui incunabilis vera Christi Ecclesia.

DVB. Vbi hoc scriptum est?

CON. Hoc non legitur in scriptura sacra, sed auditur in voce diuina, siue verbo Dei, quod Spiritussanctus iam annos 1530. Ecclesijs loquitur.

DVB. Sed huius rei testimonium ex verbo Dei requiro.

CON. Hoc ipsum est verbum Dei, quod

quod iam ab initio Spiritus Dei per Apoſtolos loquitur in Eccleſia. Non dubitas opinor Euangelium Matthæi & Marci, epiſtolas Petri & Pauli, eſſe verbum Dei.

*Verbū Dei quid, & quæ complectatur.*

DVB. Nequaquam. hæc enim ſunt ſacra ſcriptura.

CON. At ꝓptereà, quia ſcripta ſunt, non ſunt verbū Dei. Quæ enim docuerunt Apoſtoli, erāt verbum Dei, etiam quum ſcripta nō eſſent calamo & atramento, ſed Spiritu Dei in cordibus; ſiue poſteà libris fuerint conſcripta, ſiue non. Quemadmodum ergo verè erat verbum Dei, quod per Apoſtolos Spiritus docebat in Eccleſia nō ſcriptum, ſic & Symbolum Apoſtolorū indubitanter habendū eſt verum Dei verbū.

*Quod Dei Spiritus loquitur Eccleſiæ, verbū Dei eſt.*

DVB. Sed cuius teſtimonio?

CON. Eiuſdem Spiritusſancti.

DVB. Vbi eum audiam?

CON. Vbi eundē verbū Dei ſcriptū audis ſonantem. Nam ſicuti eius teſtimonio Eccleſia Dei adfirmat Euange-

liũ Matthæi & Ioannis esse verbũ Dei: ita eodem magistro docente, affirmat Symbolum esse verbum Dei, aliáque, initio ab Apostolis tradita. Sicuti enim nusquam legis in verbo Dei scripto, Euãgelium hoc esse Matthæi, illud Ioannis; hanc epistolã esse Petri, aut Pauli; sed sola Ecclesiæ adfirmantis authoritate id creditur: ita & de alijs, quę credenda adfirmat, sentiendum est.

DVB. Atqui existimabam id solum nomine verbi Dei intelligẽdum, quod scriptura sacra est comprehensum.

CON. Falleris Dubitanti, falleris.

Vt enim verbũ Regis est, quod Rex loquitur, siue sit sigillatum, & scriptũ, siue nõ: ita verbum Dei est, quod Deus loquitur Ecclesiæ suæ per Spiritum sanctum, eiusq; per ministros Apostolos, & eorum successores. vides igitur, Scripturam nihil ad verbum Dei facere, non magis quàm ad Regis verbũ esse aut scriptum, aut impressum, sine quo accidente reuerà tamen est verbũ Regis.

*Scriptura est uerbo Dei Accidens, uti uer*

Regis. Vnde & non sine Spiritusſancti voluntate tot annos toto orbe verum Christi Euangeliũ fuit prędicatum, antequam eſſet vlla verbi Dei Euangelici notula, vel literula. *bo Regis impreſſura*

Nam Matthæus, qui omnium primus ſcripſit. anno 15. aut vti Euſebius annotat nono poſt Christi mortẽ ſcripſit. An intereà verbo Dei Euangelico Eccleſiam caruiſſe dixeris? Quod ergo Spirituiſancto Eccleſiæ ductori & doctori placuit, ex verbo Dei per Apoſtolos prædicato tãtum fuit, quantum eidẽ Spiritui placuit, in literas relatũ: ſed eâdẽ auctoritate, qua fuit prius. Nihil enim acceſsit amplius, ſicuti nec reliquis Apoſtolorum dogmatibus non ſcriptis aliquid deceſsit, aut detractum eſt auctoritatis, quod non fuerint atramento libris inſcripta. Vnde & D. Paulus ſuos Theſſalonicenſes docet, vt teneant conſtanter traditiones, ſiue doctrinam, quam accepiſſent ſiue per Epiſtolas, ſiue viua voce per ſermonem. *Euangeliũ toto ferè orbe fuit prædicatũ, antequam una eius extaret litera,* *2. Theſ. 2.*

Sanè

*Anno 160 quidā Christiani nullam Euangelij scripturam acceperunt.*

Sanè D. Irenæus testatur, quosdā Christianos anno, 160. nondū scripturam vllam noui Testamenti accepisse, quos tamen verbum Dei accepisse indubitatum est.

D V B. Est ne igitur Symbolū inter huiusmodi verbū Dei recensendū, quod traditum est, & non scriptum?

C O N. Certè est: quia etsi omnia eo cōprehensa possint ex Scripturis demōstrari: tamen quod est Apostolorum, non potest ex illis ostendi, non magis quàm quod Euangelium Ioannis, est Ioannis Apostoli, aut quod Apocalypsis sit eiusdem Ioannis Apostoli.

Sed vna, eademq; Christi Ecclesiæ authoritas id docet, adfirmatq; in hūc vsq; diem, dum in diuino ministerio per Diaconos recitatur lectio Apocalypsis Beati Ioannis Apostoli. Item initium sancti Euangelij secundum Ioannem. Hîc audis Spiritus sancti testimonium toto orbe notiss. de Scripturis, quę populo recitātur. Sic & vera Christi

ſti Eccleſia, cùm baptizandis proponit Chriſtianæ fidei rudimenta, & ad veteris Adæ expiationem, per Scripturas & ritus ſacros præparat, docet eſſe diſcẽdum Apoſtolorum Symbolum: quod vbi fide tenuerint, & recitarint, idonei erunt qui ad baptiſmum admittantur, Chriſtoq́; inſerãtur, atq; in veram eius familiam recipiantur. Vides nunc opinor Symbolum eſſe Fidei Chriſtianę & Scripturarum omnium fundamẽtum, quod ante Scripturas traditur, & eidẽ Fidei Chriſtianæ ceu ædificij totius ſpiritualis baſis præſtruitur. Hæc ergo doctrina, quod Symbolum eſt Apoſtolorum, ſiue ab Apoſtolis compoſitũ, eſt ex traditionibus non ſcriptis: ſicut & Euangelium Matthæi, eſt Matthæi: Apocalypſim eſſe Ioannis Theologi Apoſtoli. de illo enim nunquam fuit à maioribus dubitatum. Sed ita conteſtatur & D. Ambroſius & D. Auguſtinus ſermone 115. de Tempore. Imo Argentinenſes, & alij in ſuo Catechiſmo,

*Symbolum apoſtolorũ eſt fidei atque Scripturarum fundamentũ et baſis.*

ſuis proponunt tanquam Apoſtolorũ Symbolum credendum.

*In ſententia Articulorum Symboli eſt fides apoſtolica, non in verbis Symboli*

DVB. Satis nũc de verborũ formula Symboli Apoſtolici, quod credo eſſe Apoſtolorum. Sed de articulorum ſenſu variè docetur. Eſtnè ſatis tenere verba Apoſtolorum, & de ſenſu dubitare?

CON. Minimè ſanè. Nã vti cũ hæreticis quibuſdã non diſputamus de Scripturis, ſed ſcripturarũ ſenſu: Intelligẽtia enim, ait D. Hieronym. nõ ſcriptura hæreticũ facit: ita & Articulorũ Sym boli ſenſus facit aut hæreticũ, aut catholicum. Illud enim, Patrem omnipotentem, ſumma cum diuinæ maieſtatis blaſphemia aliter accipiũt Zvvingliani quidã, nominatim Theodorus Beza & Petrus martyr, quàm rei veritas, aut doctrina habet Apoſtolica. Negãt enĩ Deũ om̃ipotentẽ, qui nõ omnia poteſt, vt factũ, inquiunt, fiat infectũ, vt meretrix fiat virgo, vt bis tria ſint ſeptem, quẽadmodum illos ſcribere affirmat Heſshuſius libro cõtra Calui. & Bezã.

*Catalogus articulorũ Symboli ſenſu ab Euangelicis deprauatorũ.*

*1. Patrem omnipotentẽ.*

Sic

Sic & illũ fidei articulũ, Crucifixus & mortuus, Libertinorũ quidam cum Mahumetanis accipiunt, quòd non verè sit mortuus Christus, sed sola opinatione, ait Caluinus libro cõtra Libert. 2. *Crucifixus & mortuus*

Cæterũ illud, Descendit ad inferos, Caluinistæ & Zvvingliani quod ad verbum attinet credunt cum Catholicis: sed si sensum intuearis, quē illi sibi fingunt ab Ecclesiæ dogmate alienũ, agnosces plus toto cælo nos distare. Docet enim Ecclesia, Christum mortuum ad inferos verè descendisse, ibiq; non solum diuinitatis potentia, sed etiam animæ suæ præsentia fuisse apud Patres, quos ipsa Christi anima eduxit victrix limbo Inferni; & apud dæmones, quos captiua illa præda ante suã resurrectionem expoliauit. At Zvvinglius lib. 3. Epist. Christi descensum ad inferos non sic intelligendum dicit, quasi circumscriptiuè, sed potentialiter. 3. *Descendit inferos.* *D Ire. li. 5. August. ad Dard. Hilarius in Psal. 53. Basil. Ho. in Iulittam.* *Zuinglius.*

Oecolampadius illud Descendit ad inferos ait esse ad declarationem eius, *Oecolampadius.*

quod dicitur, Sepultus est, additum
*Bucerus.* lib.epist.1.Bucerus in Matthęum ca.27.
apertè dicit somnium esse, quæ dicun-
tur de limbo Patrum,& reali descensu
*Caluinus.* Christi ad inferos.Caluinus verò Insti-
tutio. ca.8.Hæc fabula,inquit,de lim-
*Christi descensus ad inferos Caluino est fabula.* bo patrum, ad quos liberandos Chri-
stum descendisse narrant,tametsi ma-
gnos habeat Authores,nihil tamen ali-
ud,quàm fabula est. Descensum ergo
Christi ad inferos,somniat fuisse luctá
eius cum æternæ mortis horrore. Et
paulò pòst,Eò videmus Christum fuis
se deiectum, vt coactus fuerit vrgente
angustia exclamare, Deus Deus meus
vt quid me dereliquisti? Ab his omni-
*Smidelinus* bus dissentiunt Iacobus Smidelinus &
*Nicol.Gal.* Nicolaus Gallus, qui Christum asse-
uerant in Inferno passum,atque sensis-
*4. Articulus de Christi Incarnatione à Luthero ad Nestorij do* se æterni ignis cruciatũ, teste Frederi-
co Staphilo in sua defensione. Rursus,
quod ad Incarnationem Christi atti-
net, videant Lutherani, an Lutherus
Nestorij dogma simul & anathema ef-
fugiat,

fugiat, qui in Epistola ad Hebræos Bu cero interprete, docet Christi humanitatem nõ esse omnipotentem, nec animaduertisse, neç cogitasse omnia; nec hominem esse omnipotentem: cùm Petrus verè dixerit ei, Domine tu omnia nosti. Sanè si in Christo duarum naturarum vna est persona, Christus homo omnia nouit, omnia animaduertit, omnia potest. Hũc tamen errorem postea Lutherus anno 35. lib. de Concilijs, videtur castigasse, cùm vetera Concilia Ecclesiæ (vti profitetur ibidem) legere cœpisset. Cùm enim contra Zvvingliũ disputaret, qui legendum volebat, verbum caro facta est, non factum est, fatetur ingenuè, se nesciuisse hũc esse Nestorij errorem, vt qui Concilium, inquit, etiam nondum intelligebã. quia scilicet nondum legerat.

*gmata depravatus.*

*Iohan. ult.*

Simili impietate Melanchthon causas exponẽs pauoris Christi Domini, dicit factam esse charitatis despoliationem, quòd, subtrahente se diuinitate,

non flagrauit charitas. Quibus ex fundamentis fuêre qui adſtruerent, Chriſtum blaſphemaſſe, & deſperaſſe, ideóque damnatum eſſe: quod quidã Præmonſtratenſium apoſtata euomere nõ dubitauit. O inauditam blaſphemiam iſthoc Euangelico ſpiritu dignam. Sed

5. *Incarnationem Christi verè negant Anabaptistæ.*

hunc de incarnatione Chriſti articulũ corrumpũt manifeſtiſsimè Anabaptiſtæ, qui Chriſtũ negant ex Maria, ſiue ex eius ſubſtantia corpus aſſumpſiſſe: ſed ex cœlo, ſiue vt alij, de Patris ſubſtantia attuliſſe.

6. *Articulũ de paſsione Chriſti verè deprauant Euangelici.*

Quòd verò credimus Chriſtũ paſſum & mortuũ, longè alio ſenſu accipit Andreas Muſculus, quàm hactenus Catholici omnes, puta Chriſtum eſſe paſſum & mortuum iuxta vtranq; naturam, tam diuinam, quàm humanam: quod & publicè docuit, & libello Lutheri nomine ædito in orbẽ diuulgauit, vti recitat Staphylus in Defenſione. Huius verò doctrinæ tã blaſphemæ Lutherum fuiſſe auctorem, ſuis ipſe fateri videtur verbis lib. de Cõcilijs,

lijs, ait ſibi fuiſſe negotium cum Neſto rianis, qui pertinaciſsimè contra me (inquit) diſputabant, quod diuinitas Chriſti nõ poterat pati. Aſſeruerat igitur Lutherus, diuinitatem potuiſſe pati. Adhæc Chriſtũ aliter nos iudicaturum docent Euangelici, quàm fides habet Orthodoxa atque Catholica, quæ quod ab Apoſtolis traditum accepit, inuiolabiliter cuſtodit; nimirum vnicuique ſecundum ſui operis meritum mercedem relaturum: quam vti malis operibus concedunt Euangelici, ita bonis prorſus detrahunt. Imò per Svveuiã vidimus olim iudicij extremi effigiẽ Auguſtæ impreſſam, vbi diſertis verbis appreſſum fuit, vnicuique pro ſua fide remunerandum fore in illa die. Sic & de illo fidei articulo ſententiæ hæreticorũ variant, Sanctam Eccleſiã. Cum enim vniuerſus populus Chriſtianus ſemper crediderit verè ſanctã, hoc eſt peccatis verè purgatam & mundatam Chriſti ſanguine, eiuſque Spiritusan-

7. *Articulus Dei iudicii deprauatus*

8. *Articulus de Eccleſiæ ſanctitate per Lutherũ adulteratus.*

cto verè ſanctificatam & ornatam, nũc in fine ſeculorum noui iſti Euangeliſtæ iuauditum hactenus huius articuli adferunt ſenſum. Vult enim Lutherus & Caluinus, Dei populum ſemper manere immundum, & peccatis verè contaminatum, nec niſi imputatione ſanctificatum. Sed hic error ex alterius arti-
9. culi deprauatione oritur, Credo remiſſionem peccatorum: quem Eccleſia docet interpretandum hoc ſenſu: Eſſe veram peccatorum omnium remiſsionẽ atque abolitionem veram, ita vt nõ ſint amplius, neque reos detineant, qui Eccleſiæ Sacramentis vtuntur. Deinde contingere in Eccleſia Chriſti veram hanc remiſsionem peccatorum verè credentibus, legitimè pœnitentibus, & Sacramenta ritè ſuſcipientibus, atque, vti Paulus ait, Chriſto obtemperantibus. Aduerſarij autem volunt ſenſum eſſe, quod quiſq; Fidelium tenetur credere, ſibi per fidem Chriſti ſolam, ſine operibus, ſine Sacramentis contingere indu-

*Articulus de remiſsione peccatorum per Lutherum à ſenſu Apoſtolico deprauatus.*

indubitanter remiſsionem peccatorũ, modò credat Chriſtum ſibi mortuum, eſſe ſe reconciliatum Patri, ſe eſſe filiũ Dei & hæredem Regni cœleſtis indubium. Hãc deinde peccatorum remiſſionem non eſſe veram, ſed fictitiam ſiue imputatiuam, hoc eſt, verè imaginariam atq; fantaſticam ſiue nullam, quũ peccata verè manentia volunt nõ aboleri aut tolli, ſed tantum non imputari. Hunc verò Symboli articulum, bis falſò ſenſu adulteratum, immo ter deprauatum, ſui noui Euangelij iaciunt fundamentum. Iam quòd articulum de Sanctorum Communione Libertini ad bonorum temporalium communicationem tantum detorquent, vti & Carnis reſurrectionem, quam iam dicunt ijdem eſſe factam, ad ſuam quam iactitãt ſpiritualem innouationem, teſte Caluino contra Libert. ſtultiora ſunt, vti & nouorũ Arrianorũ & Macedonianorum deliria, quàm quæ fuſiore opus habeant confutatione. Cæterũ

*10. Articulũ de Sanctorum communione Libertini detorquent.*

*11. Reſurrectionẽ iam docent factam Libertini. Cap. 4.*

ſicuti Valentinianos & Simonianos veteres,& nouos,Mennonitas, atq; Libertinos facit hæreticos,quòd articulis Symboli de filij Dei Incarnatione ex virgine,& vera eius morte non credunt: ita & Lutheranos & Caluiniſtas, qui illos articulos de Chriſti ad Inferos deſcenſu, & de vera Eccleſiæ ſanctimonia, ac remiſsione peccatorum aliter intelligunt, quàm hactenus Catholica docet Eccleſia. Vides nũc,opinor,nõ ſolius Symboli Apoſtolici,aut alicuius articulorum eius negationem facere impium & hæreticum: ſed vel ſolum negare ſenſum articuli,quẽ Eccleſia Chriſti Catholica proponit vt verbum Dei. Quemadmodũ etiam hæretici oẽs illa Chriſti verba indubitanter ſuſcipiunt,hoc eſt corpus meum:ſed ſolum de ſenſu vero eſt controuerſia,quę tã varios facit hæreticos, vt Lutherus ipſe ante annos plurimos teſtatus fuêrit,eſſe plura quàm ſeptem Sacramentariorum genera:ita & in articulorum Sym-

*Diſcedere à Catholico articulorũ Symboli ſenſu in Eccleſia tradito, verè facit hæreticum.*

Symboli Apoſtolici ſenſu tota vis eſt fidei Catholicæ; à quo, ſi eum retineas, dicaris Catholicus; aut ſi reijcias, verè ſis hæreticus: quòd ſenſum tibi fingas alium, quàm Spiritus Chriſti ſanctus loquitur Eccleſię Dei veræ, Catholicę, Chriſtianæ & Apoſtolicæ.

A qua quiſquis ſeſe aut ſeparat, aut qui ſe illi non coniungit, non plus habere poteſt ſpei de ſalute æterna, quàm olim illi qui extra Arcam Noë diluuio interierunt. Vt enim ſine Fide impoſsibile eſt placere Deo: ita ſine ea ſaluari. Iam Fides quæ verbo Dei non nititur, non eſt habenda Fides, ſed humana doctrina, & ſtulta præſumptio, ſiue ſuperba ingenij arrogantia. Manifeſtum enim eſt, non eſſe niſi meram hominum doctrinam, quæ aliud de rebus diuinis docet, aut tenet, quàm Catholica Chriſti Eccleſia docet, aut probatum recipit. Cùm enim ſenſu, iudicioq; nitatur humanæ prudentiæ, aut ingenij naturalis, nó poteſt non eſſe hominũ doctrina. Si enim

*Euangelicorum doctrinã, ubi à Catholicis diſſẽtit, meram eſſe hominũ doctrinam.*

enim esset Spiritus Christi doctrina, haud dubium eam vera Christi Ecclesia agnosceret, reciperet, probaret. Huic enim soli est promissum, quòd eam Spiritus Christi regeret, doceret, atq; in omnem deduceret veritatem. Vnde
1.Tim. 3. & Apostolus eam meritò dicit esse columnam veritatis & firmamentũ. Nam in Ecclesia sua Christus Dominus omnis mendacij nescius, per Spiritũ suum tanquã in columna omnem inscripsit veritatem. Imo si D. Pauli vocem contemplari libet, in Ecclesia, ceu quodã Regali throno collocauit atq; sedere fecit Christus suam veritatem, quam mundo cœlitus attulit. Nam Paulus Ecclesiam facit ἑδραίωμα, sedem & Regale soliũ: adhæc στύλον columnã veritatis, quæ doctrinam Christi, digito Dei Spiritusancto insculptam, toti orbi in finem vsque seculi proponit & exhibet legendam. Ab hac Christi doctrina, quæ vti & ipse veritas est, qui declinat, aut aberrat, à Christo aberrat. Hæc

*Cap. 5. Ecclesia est Thronus veritatis Euangelicæ, atq; immota cœlestis doctrinæ columna Paulo dicta.*

Chri-

Christi veritas, quæ in vna reperitur Christi Ecclesia, omnes iudicat impios errantes, & hæreticos, qui illam nõ recipiunt, aut retinent. Cum igitur Christi veritas non nisi in Christi Ecclesia reperiatur, necesse est oẽs à vera Christi doctrina aberrare, qui vnã illam Christi Ecclesiam veritatis sedẽ & columnã non sequuntur, aut retinent magistrã.

*Christus et Euangelij ueritas non nisi in uera Dei reperiuntur Ecclesia.*

DVB. Sed quũ tam varij dicãt se veram Christi habere Ecclesiam, vndè nam vera Christi Ecclesia à falsa discernatur?

*Vera Dei Ecclesia quæ sit & ubi sit, & quomodo discernida.*

CON. Om̃es quidem se iactitant esse Christi Ecclesiam, sed si penitiùs introspicias, verissimas agnoris esse Antichristi Synagogas. Certa enim veræ Christi Ecclesiæ signa Apostoli nobis præscripsère suo in Symbolo: Credo (inquiunt) Ecclesiam, Sanctam, Catholicam. primum aiunt per Christum & eius Spiritum esse collectam Ecclesiã, id est, Dei populum Christi fide imbutum, & Sacramentis insignitum.

*Signa Apostolica ueræ Christi Ecclesiæ.*

Vides

Vides ergo vnam esse, non multas hominum congregationes, vti Regnũ Hispaniæ est, quod vni Regi Catholico paret. Certissima ergo est nota, eas non esse Christi Ecclesias, quæ multæ sunt inter se, & doctrinâ nõ cõsentientes. Iam Sanctã addunt, vt in ea demonstretur veram inueniri sanctificationẽ, quæ omnem verè tollit & abolet iniquitatẽ. Non igitur Lutheri aut Caluini, aut aliorũ Synagoga est Christi Ecclesia: quum illa contra Christum docet, peccatum non verè tolli, aut aboleri, sed remanere post baptismũ: tegi, non imputari. Est ergo immunda & non sancta, adeoq; prophana. Cæterum illud ominũ est signũ certissimũ, quod addũt Apostoli, Catholica. Hoc enim ab omni indubitatissimè iuxtà ac manifestissimè distinguitur, adeoque dignoscitur congregatione, quæ vlla recti specie, aut pietatis prætextu fallere, aut à vero Christi populo seducere queat. Significant enim Apostoli hac

*Sancta cur dicta Ecclesia.*

*Catholica cur ab Apostolis dicta uera Christi Ecclesia.*

voce

voce, Catholica, Ecclesiā Christi vbique locorum sua opera plantatam, atque Christi iussu secundum prophetias toto orbe disseminatam, Ite in orbem (inquit) vniuersum, & prædicate vniuersę creaturę. Quod eos fecisse D. Paulus ex Dauidis Oraculo demonstrat. In omnem (inquit) terram exiuit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum. Prædicatione ergo Apostolorum vera Christi fides, cœlestisq; eius doctrina verbo Dei compræhensa per Apostolos est initio omnibus omninò hominibus annuntiata, qui pro magistri sui Spiritussancti ducatu alij aliò sunt delati. Ex quibus vt Italia Petrum & Paulū: ita Germania D. Thomam sibi gratulatur fidei Christianæ magistrum; Quemadmodum D. Hieronymus in Catalogo disertè ait, atq; Sophronius, & ante eum ex Patrum traditione vetustisimus martyr D. Dorothæus Tyrius ante Conciliū Nicænū clarissimus, in Synopsi. Cui suffragatur,

*Germaniæ nostræ Apostolus D. Thomas.*

gatur, quod vetustissimas omniũ Germaniæ Ecclesias videre fuit D. Thomæ dedicatas, vti Oudtraiecti ad Rhenum veterem à D. Vvillibrordo nostro Anglosaxone; ita & Argentinæ audio, & alibi. Huncigitur ad modũ vera Christi doctrina per Apostolos toto Orbe fuit plantata, atq; in Fidelium hominũ cordibus disseminata, quæ nullo vnquam aut hominum studio euelletur, aut sanguinaria Tyrannorũ persequutione delebitur, aut callidis Sophistarũ argutijs obscurabitur, aut fraudulentis hæreticorum corruptelis deturbabitur, aut impotentissimo rabidoq; diabolorum deniq; molimine suo à fundamento, quod est Christus Iesus ab Apostolis prædicatus, totiq; mundo Euãgelizatus, euertetur. Aduersus has omnes enim & vniuersas Inferorũ portas semper stabit inuicta atq; immota, illo infallabili Sponsi & Dei sui innixa promisso, Super hanc petram, quæ est, inquit, ô Petre, tuæ fidei cõfessio, quod sum

*Oudtraiectũ q. d. uetus Traiectũ, uulgo Vtrecht, sedes iterum Archiepiscopalis ad Batauiam.*

*Ecclesia Christi cur inexpugnabilis & insuperabilis omni hostiũ licet infestissimorũ generi.*

ſum filius Dei viui, *Aedificabo Eccleſiā meā, & portæ inferi*, vtut cōtra te inſurgant, tumultuentur, pernitiem moliantur, non præualebunt tamen vnquam. Nā hoc fœdus meū, ait Dominus apud Eſaiam cap. 59. cum eis, qui redeunt ab iniquitate, cùm venerit ad Syon redemptor, Spiritus meus qui eſt in te (Chriſte) & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus amodò vſq; in ſempiternū. Hoc igitur Dei verbum à Deo Patre per Chriſtum in Orbem terrarum miſſum, ab Apoſtolis exceptum, atq; cæteris omnino omnibus prædicatū initiò fuit purum putum, incontaminatū Eccleſiæ Chriſti Catholicæ aſsignatū, depoſitum, atque velut in manus traditum, Poſteris porrò in finem vſque ſeculi tradendū atque ſartum tectū conſeruandū. Quod vt fieret, nihil prætermiſêre Apoſtoli, eorumq; diſcipuli, quod huc facere vllo modo poſſet. Verùm

*Verbū Dei Euangelicū eſt Catholicæ Chriſti Eccleſiæ alligatum, quia diuinitus ei promiſſum eſt, quod eo nunquam deſtituetur.*

rùm Serpentis illius inuidi, hominúmque salutem perosi fraude factum, vt purum hoc Dei verbum vel Apostolorum ætate hominum versipellium, mentéq; corruptorum astutia deprauaretur, atque adulterino humanæ doctrinæ fermento inficeretur & corrumperetur. Vnde in Cōcilio Nicæno patribꝰ Spiritusancto plenis visum est, Symbolo illi Apostolorum indubiam addere notā, qua ab omnibus omniū hæreticorum hominum cōuenticulis certò dignosceretur. Addiderunt enī *Apostolicam.* Quæ vox illam demonstrat veram Christi Ecclesiam, quæ inter omnes hominum congregationes Christi nomen præ se ferentes, suam ducit & deriuat ab Apostolis originem. Qui ergo nūc temporis errare nolit, eam necesse est sequatur Fidei Christianæ doctrinam, quam Ecclesia tenet atq; profitetur Catholica & Apostolica; id est, quæ à Christi Apostolis toto Orbe fundata, suam habet ab Apostolis Christi origi-

*2. Pet. 2.*
*2. Cor. 2.*
*2. Cor. 9.*

*Cur PP. Concilij Niceni addiderint Symbolo, Apostolicam.*

originem, plantationem & propagationem. Quæ omnia nulla omnino Ecclesiarũ alia, præter Romanã, in hunc vsq; diem potest demonstrare clarius. Cum hac ergo in fidei dogmatibus cõsentiat, atq; Sacramentorum communione veniatur necesse est, qui salutem suã saluã sibi constare velit. Cùm hac enĩ totus nõ modò cõsensit pridẽ Oriens, totus item Occidens; sed oẽs planè toto semel orbe Christi Ecclesiæ. hanc enĩ propter Petri Apostolorum principis atq; omniũ Christi ouium Pastoris, curã atq; præposituram, primamq́; de omnibus solicitudinem, agnouerũt magistram, atque vti D. Irenæus lib. 3. cap. 4. opulentissimam veritatis Apostolicę Apothecã, vitæq́; portã. Ex qua ceu vitæ cœlestis fonte diuinitùs adaperto, omnes qui velint sumant potum vitæ, nimirum salutaris doctrinæ Christi salientis in vitã æternã. Imo ad hanc Ro. ait idem cap. præced. ab Apostolis Petro & Paulo fundatam atq; cõstitutam,

*Errores quo pacto vniuersos semel certos effugias.*

*Cur hodie ad salutẽ necessarius cũ Ecclesia Romana in fidei dogmatibus consensus atq; Sacramentorum cõmunione.*

*Ecclesia Ro. D. Irenæo est Apostolicæ veritatis apotheca et vitæ porta.*

 tutam,

tutam, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem. Ab hac igitur vt reliquæ per Occidentem, ita Germanicæ omnes, Gallicanæq; Ecclesiæ cùm suam ducant originem, illamq; vitæ æternæ aquam potarint multa per secula salutariter, citraq; dissensionem vllam, veram illam toto cum Orbe Christiano consentientes atq; cõcordes coluerint Christi doctrinam ab Apostolis initiò traditam, nunc quæso animaduerte, quibus ex causis, & per quosnam homines isthæc funesta, feralia, exitialia in Occidente sunt excitata, inuecta, propagata, & hunc in Tragicum statum prouecta, in vera Christi doctrina, quæ nisi vna esse nequit, dissidia.

CAP. VI. DVB. Nihil sanè mihi contigerit gratiùs. Hinc enim futurum præsagit animus, vt causis dissidij cognitis, vera sese offerat ratio, qua veram Christi Ecclesiam, germanamq; Euangelicã doctrinam liceat deprehendere.

CON.

C|O N. Attentus audi. Continget eñ, Deo optimo fauente atque aspirante, quod optas. Cùm tranquillus multos annos ferè septingentos totus ageret orbis Christianus, vnoq; Christi nomine censerētur Christiani omnes, qui vt vnius fidei consensu, ita Sacramentorum atque rituum doctrina vnum erat Christi corpus, quod nihil præter Bohemiæ dissidium vexabat atque turbabat, sub annum Domini 1515. Martinus Lutherus Islebiensis Saxo post iuris studium, vbi fuisset ictu fulminis in agro prostratus, adeoq; sodalis interitu perterrefactus, D. Augustini Regulam annos iam decem ꝓfessus, recèns Româ ante biennium reuersus, Doctorq; S. Theologiæ Erfordiæ creatus, magnas sanè in Catholica Christi Ecclesia per Saxoniã dedit turbas. Nouas enim variasq; per illud tempus quæstiones nō tam ingenij confidentia, aut doctrinæ præstantia, quàm contentionis studio, rixandiq; libidine iam annos aliquot

*Origo Lutheranismi, An. 1500*

*Lutherus lib. de uotis ad suum Patrem.*

*Lutherus fit monachus ex iurista Anno 1504. 1510 mittitur Romam caussarum patronus. 1512. fit doctor S. Theol. 1414. nouas serit dogmatum quæstiones.*

in Aristotele,& illius ætatis sophismatibus haud infeliciter exercitatus, spargere aggrediebatur non solum Vvittēbergę, vbi S. Theologiam profitebatur, sed Heidelbergam quoque cursitabat, vanissimum gloriæ quæritandæ mācipiū disputaturiens, atq; themata valuis figens de libero arbitrio, de operum meritis, de Indulgentijs, de Pœnitentia & Iustificatione, ac de illo in primis articulo Symboli, *Credo remißionē peccatorū.* Quem vt sensu nouo atq; alijs inaudito, veteribusque ignoto: ita à deliro quodā sene Augustiniani Ordinis hausto vbi deprauasset, magnā istam, exitialemq; Germanijs mouit Tragœdiā; quæ vti Rei Ecclesiasticæ peruersionem, ita Imperij etiam labefactationē complexa videri queat. Vnde Lutherū turbarum omniū Germaniæ caussam esse fatetur Camerarius, si fidem mereatur Ioan. Stoltzius, culpamq; omnium ærumnarū, quibus adhuc conflictatur Respubl. transfert in illius contentiones.

*Ioachimus Camerarius Lutherum facit omniumturbarū authorem, teste Stolztio.*

nes. Ita enim eſt in Lutheri defenſione aduerſus Querelam. Illud ergo nouæ doctrinæ genus cùm magna ingenioli oſtentatione, maximaq́; iactaret verborum contentione Lutherus, contigit Leonem Ro. Pontificē, templi Romæ D. Petro à Iulio II. inchoati tandē abſoluendi, aut vti ait Tilius, Turcici belli cauſa, Indulgentias atq; peccatorum condonationes ſiue pœnarum relaxationes elargiri: quas Archiepiſcopo Moguntino per Germaniam credidit diſtribuendas. Has Auguſtiniani commendatas ſolent populo proponere. Verum Magũtinus hoc tempore illas ad Dominicanos tranſtulit inuulgandas; vnde ſimultas inter illorum Mendicantium ordines haud ſane leuis exorta fuit. Lutherus vt ingenio erat acri, vbi quæſtum ad ſe, ſuosq́; redire ſolitum aliò cum animi dolore, reiq́; Culinariæ detrimento videret tranſlatum, cùm non valeret eripere, ſtuduit ſaltem impedire, alijsq́; optatam illam præ-

*An. 1516 contra Indulgentias dudum à ſe laudatas Lutherus inuehitur.*

*Occaſio cur Lutherus à Catholica exierit Eccleſia.*

dam imminúere; vt si totam non excuteret, saltem maiori ex parte auerteret. Publicè igitur in Indulgentiarum vim atq; efficaciam est inter concionandũ magna cum animi contentione inuectus. Huic turbæ frigidam suffundebat Stauputius Augustinianorũ Prouincialis, vehementer illis obtrectans, earumq́; vim extenuans: contrà Tetzelius Dominicanus sua pro authoritate illas propugnabat. Mutuis ergo, contrarijsq́; assertionibus populo Saxoniæ dubitãdi ansam præbuêre, opinionibus per cõtentionum studia in peius declinantib9: cùm Lutherus initiò Indulgentiarum potius abusum, quàm legitimum earum vsum, quem antè laudârat, fuerit insectatus; qui & ipse cum suis earũ promulgationem maximoperè ob speratũ soliti iam quæstus lucrum multò sanè maximum captârat,

*Ita in Lutheri uita Melanchthon.*

Hac inter ipsos igitur oborta cum infirmorũ scandalo contentione de Indulgẽtiarum viribus atq; efficatia, Ecclesiæ

clesiæ pax,atq; Fidei vnitas dolendum in modum cum certa plurimorũ Christianorũ pernicie fuit has in factiones diuulsa atq; interturbata.

Cæterùm ea lucri pistrini spe totus nunc frustratus Lutherus,rem alio expugnandi modo aggreditur. Pridie eñ Omnium sanctorum, assertiones aliquot paradoxas valuis Templi in aula Vvittenbergæ affixit: quibus Indulgẽtias non modò vt anteà fraudis, licèt piæ,accusabat,sed prorsus damnabat, nouamq; de peccatorum remissione doctrinam inuehebat. Quo etiam die anni eiusdem 17. ad Moguntinum literas dedit nõ minus in eum falsas,quàm calumniosas,quòd Indulgentiarũ prędicatores populum per falsas veniarũ (inquit)fabulas & promissiones securum (suæ salutis) faciunt & sine timore. fuit & Heidelbergæ disputatum An.18.de Indulgẽtijs,& operũ meritis.

*Losius in Calendario An.1517. publicè disputat cõtra Indulgentias dudũ à se laudatas Lutherus.*

*An. 1518*

Sed anno 1519.post illas quasi intra parietes velitationes,ad publicam disputa-

*An. 1519 Disputatio Lipsica.*

putationem Lipsiæ R. D. Ioannes Eccius propugnatorem Luteri Carolstadiū prouocat. Quò cùm hic, suo Luthero non euocato, sed vltrò procurrente succenturiatus aduenisset, Eccius in harenam descendit, de Ro. pontificis potestate atq; inter Christianorū episcopos primatu siue excellentia, de Purgatorio, de Indulgentijs, alijsq; cū eis disputaturus. Exhausto atque fatigato igitur per dies septem Carolstadio succedit Lutherus, Eccium nunc non leuiter exagitatum quasi confecturus. Porrò tandem Lutherus longā post disceptationem cū Principis Georgij Consiliarijs, qui moderandæ disputationi fuerant adhibiti, in Iudices Theologos Parisienses & Erfordien. consensit, cùm maluisset vulgi iudicio rem transigi.

*Lutherus sese Carolstadio ultrò adiungit collustatorem contra Eccium.*

*Lutherus ægrè admittit iudices præter plebeculam.*

Itaquè ante disputationem cùm Lutheri vultum viderent iracundum, illi admonuerūt, vt nihil per iram, sed omnia modestè ageret, ne scandalo fieret auditoribus; Tum ille ira victus latitans

tans animi sui secretum prodidit, Non propter Deum (inquiens) hæc res cœpta est, neque propter Deum finietur. Hæc illius ætatis viri fide dignissimi, qui & pars magna fuêre, testesq; oculati, vt D. Emserus, alijq; scripto nobis reliquêre. Vnde te Dubitanti iam agnoscere existimo, quàm pius fuerit Luthero scopus: nimirum venter Deus, dum quæstionum grauissimarum turbas non propter Deū, vti ipse ait, apud populum mouit: qui disertè in publca professus est disputatione, sese hāc rem nō propter Deū cœpisse, nec propter Dem finiendam esse. Imo Lutherus ipse epistola ad Argentinenses claris verbis profitetur, se nō Christi amore, sed Papæ odio inflammatum, quod ex dolore ob interceptum ex Indulgentijs speratū quæstum exarserat, hasce Orbi mouisse Tragœdias. Probè enim sese perspicere ait, Papatui se valde incōmodare posse; si Carolstadius, aut alius quispiam ante quinquennium, id est, anno

*Non propter Deum Lutherus fatetur sese orbi nouam inuexisse doctrinam.*

*Extat hæc sacra Lutheri epist. apud R. D. Ruardum & Hosium, & impressa Haganoæ, anno 25.*

*Ex rabido Lutheri in Ro. pontificem odio natas esse bas in orbe tragœdias.*

anno 20. persuadere potuisset, in Sacramento Eucharistiæ præter panem esse nihil. Rursus libro contra regem Angliæ, Viuens ait, Papatus hostis ero; exustus, bis hostis ero, facite porci Thomistæ quod potestis, Lutherum habebitis vrsum in via, leænam in semita; Porrò q̃ fuerit istud Lutheri in Ro. Pontificem odium planè internecinũ, testatur eius Epitaphium, quod sibi viuo, ait Pomeranus, composuit, Pestis eram viuus, moriens tua mors ero Papa. Quod adeò verum esse Pomeranus affirmat, vt Prophetiæ elogio exornare non dubitarit. At de Prophetiæ istius euentu infrà dicetur aptiùs.

*Oratio funebris in exequijs Lutheri.*

Certè vel ex solo lucri ad alios trãslati, quod ex Indulgentiarum euulgatione cum suis captabat, dolore, satis liquet non propter Deum hoc agitatũ fuisse à Luthero negotium. Et quẽadmodum ex nouarum illarum quæstionum tumultu illum apparet iactabundo fuisse animo, ingenioque acri, gloriæq;

riæq; captandæ studio tumido: Ita & ex illa cum Tetzelio, alijsq; Dominicanis, quos sui fundi calamitatem acerbissimè cum suis oderat, contentione, zelo eum fuisse amaro liquet, qui vti Paulus ait, sursum germinans plures (proh dolor) coinquinauit. Hæc dum per Saxoniam geruntur, Louanienses, deinde Coloniẽses Theologi libellos Lutheri publicè damnatos exurũt, iussuq; Caroli A. per Belgium, Coloniæ, ac Maguntiæ Lictores publico igni inijciunt concremandos. Adhæc allata fuit in Germaniam Leonis X. Bulla, qua anno 1520. 17. Calend. Iulij fuerãt Romæ illius errores, libriq; damnati, ac ipse nisi statis illic diebus resipisceret, erroresq; reuocaret excommunicatus, ac Sathanæ Apostolorum potestate, vt Spiritus saluus esset in die Domini, traditus; quũ de erroribus per literas admonitus, & post citationẽ toto anno, fide publica oblata, sumptibusq; itineris, contumax nollet resipiscere,

*An. 1520 Libri Lutheri exusti*

*Lutherus admonitus & citatus cùm nollet resipiscere, excommunicatur.*

Satha-

Sathanæ igitur, vti dixi, traditus, cœpit de errore in errorem prouolui, atq; vt D. Paulus ait, in deterius proficiens errore errorem cumulare. Etsi vero aliquando resipiscentiam simularet errorum, si qui deprehenderentur, palinodiam pollicitus, Apostolicę sedis iudicio, se suaq; submittere: nouis tamē hęresibus alias affingere indies non desistebat. Quibus quum non deessent suffragatores, non solum de plebe, Poetæ, Rhetorculi, atq; Grammatici, Literiones non ignobiles: verumetiā Principes atq; nobiles plurimi, cœpit hoc incendiū tantula ex scintilla natum, totum ferè orbem Christianum sua flāma si nō accendere, certe amburere, atque omni propè ex parte adustulare.

*Bonarū literarū, quàm verū aut pietatis amantiores Luthero fauebant.*

Porrò vt hoc negotium verè, quod dixit Lutherus, agnoscas, nō propter Deū inchoatum, vide mihi quàm varij mox emerserunt dogmatistæ. Quod enim sua sibi aduersum illam veram Christi Ecclesiam hactenus vnam sumpserat

auda-

audacia Lutherus, idẽ & aduersus Lutherum sui etiã sibi sumebant discipuli: Tanta enim erant authoritate, vt sese apud suos æquo iure, quo ille, facerent hæresiarchas. Vt enim Lutherus prælu- dium captiuitatis Babylonicæ in lucẽ ædidisset, quæ mundo palam fecit, quo Spiritu afflatus hanc exorsus est Tragœdiã (cùm illic minatur, se multò teriora cõtra Monachos scripturũ, si ea displicere senserit, Præcurram, inquit, vt dũ de vna mea aliqua hæresi triumphant, ego interim nouã moliar) mox ceu ex equo Troiano, sed Patris sui Lutheri vtero non tam aperto, q̃ viperarũ ad morẽ perrupto, in orbem prorumpere viperæ plurimæ verè Euãgelicæ, quæ etsi ad tempus quo adolescerẽt, sese Luthero consentire in speciem simularẽt, tamen annis mox consequutis quàm ex diametro cum Luthero pugnarent, declararunt, vt in Carolstodio, Munzero siue Monetario, alijsq;, liquebat. Carolstadius enim, euocato Luthero Vvorma-

*An. 1520 captiuitas Babylonica in orbẽ proiecta.*

*An. 1521 Luthero nato, mox exoriuntur uaria Euangelicorum secta.*

*An.1522.* Vvormatiā à Cęs. Carolo ad Comitia, Imagines & Missam aggressus est oppugnare, templisq; eijcere: cuius tamen furorem Lutherus posteà reuersus vehementer improbauit. Quod quanam acciderit Dei prouidentia, operæpretium arbitror, vt paululum contemplemur.

*Euangelicorum rebellio contra Lutherum.*

*Lutherus cucullo suo indutus ad fenestrā sedens testudinē pulsat.*

Cùm in Comitijs Vvormatiæ à Cæsare admonitus Lutherus resipiscere nollet, sed vti in itinere testudinis pulsu plebeculam monachalis monstri prodigio confluentem rasus & cuculatus oblectarat, suiq; artificij specimen sepiusculè popellis ostentarat: ita suos pertinaciter illic defensabat errores, iā non modo Romæ, sed per omnes prope Academias dānatos. Remissus itaque post dies decem pro fide publica à Carolo V. concessa in Saxoniā, vt Principibus Catholicis inuidiam cōflaret, populumq; in seditionem concitaret, fingit se captum, atque in exilium missum, fidemq; publicam à principibus Catholicis nefariè violatam. Itaque in oppidu-

*Exilium ultronium fingit Lutherus ad inuidiam Cæsari & Catholicis Imperij principibus conflandam.*

oppidulum Turingiæ ſui propugnatoris Saxoniæ Ducis Alſtadt, vbi Monetarius poſteà ſeditionem concitauit, ad menſes ſex reconditus latet. Intereà emerſit, quod diximus, Andreas Carolſtadius, qui præter renouatum à ſe Berengarij de ſacra Euchariſtia errorem, etiam Miſſam & Imagines templis exturbare cœpit, ac deinde varia ſectarũ agmina ex illis Lutheri cõcionibus atq; libellis proſilierunt, de quibus pòſt aptior dabitur fuſiùs dicendi locus. Illas igitur Lutherus, quas modò dixi, iſtius tam funeſtæ atque Occidẽti exitialis Tragœdiæ habuit cauſas.

Hæc fuerunt diſsidiorum iſtorum ita paſsim graſſantiũ exordia, animi tumor, arrogantia, ambitio, atq; vt veterum hæreticorum (quos ſuis opinioni ab orco in lucem reuocauit) tandem quoque radicem agnoſcas, auaritia: Cùm enim non exiguus magna cũ gloria ad Auguſtinianorũ ordinẽ rediret quæſtus ex inuulgandis Indulgentijs *Auaritia atq; ambitio Luthero cauſſam dederũt huius Tragœdiæ.*

illis nimis, haud dubiũ, vulgatis, & ad quæstũ hominum magis, quàm pietatis aut disciplinæ Ecclesiasticæ tutelam à quibusdã multiplicatis, ægrè fuit Lutheri & suorum animo, tãtum bolum, tã opimũ & succulentũ fuisse sibi, suisque ereptum, eumque esse Dominicanis nunc tributum: cum quibus ferè solet non optimè conuenire. Huius rei argumentum non obscurum obseruare est in illo Augustinianorum Instituto. Nullo enim hominum in ordine (tametsi vndiq; in Lutheri sentinam confluxerint) plus Lutherus inuenit aut patrocinij, aut fauoris, aut ad orbẽ Christianum hoc hominum fermento corrumpendum auxilij quasi contubernalis, quàm qui sese B. Augustini profitebantur imitatores. Quot enim fuerint alibi huius ordinis quasi manipulares hanc ad pestem promouendã, hominumque pectoribus concionando, confessionibusque audiendis instillandam, hic non est dicendi locus.

*Quã topere iuuerint istud Lutheri bellũ monachi aliquot Augustiani eodem culinario bolo ex Indulgentijs sperato spoliati.*

Vvitten-

Vvittenbergæ ſanè iam dudum ſuo in monaſterio publicè Miſſas abrogarāt, aliaq; ſuo & nomine, & ꝓfeſsione indigniſsima deſignarāt. Alibi optato iſti incendio haud obſcurè fomenta miniſtrabant. Porrò quàm Antvverpiæ Lutheri negotium promouerit Henricus Sutphanus Auguſt. Prior, Eraſmus ille noſtras tanto ſtudio literis ad Lutherũ de felici rei Lutheranæ ſucceſſu an. 20. Louanio datis, in hunc vſque diem loquitur. Eſt Antvverpiæ, inquit, Prior eius monaſterij, vir purè Chriſtianus, qui te vnicè deamat, tuus olim diſcipulus vt prædicat. Is omnium penè ſolus Chriſtum prædicat. Cæteri verò aut hominum fabulas, aut ſuum quæſtũ prædicant. Quàm hæc fuerint vera, ſanè res ipſa paulò poſt declarauit. Nã eius monaſterium etſi fuerit in Parochialem D. Andreæ Eccleſiam conuerſum, monachiq́ue aliquot ignibus Bruxellę exuſti: tamen peſtis eius ſcintillæ nõ modò totum per Belgium diſ-

*Prior Antuerpien. Lutheri diſcipulus, penè ſolus Chriſtum prædicat, ait Eraſmus.*

*Res ipſa declarat Eraſmi præconium illi Priori decantatũ.*

persæ, magnum auxerunt incendium, sed & in reliquis eiusdem ordinis hominibus minimè obscuris hæsere. Et ô vtinam vel nunc tandem essent extinctæ. Hac igitur Lutherus via sibi pulchrè cùm videbatur nō tam priuatam, quàm publicam totius Ordinis vlcisci iniuriam, qua esset vt cũ aduersariorũ gloria, sed quæstu multo vberiori, ita suorum contumelia, damnoq; culinario coniuncta adfectus, dogmata cœpit cōminisci noua, quæ in Ro. Pontificem huius damni tam irreparabilis authorẽ, non minori, atq; ipse cum suis accepisset, iacturæ redundarent, vti ex ipsius Epistola ad Argentinenses dudũ recitata liqueat. Nam probè perspiciebat Papatui se valde (ait) incōmodare posse, si Carolstadius, aut alius quispiã persuadere potuisset, in Sacramēto Eucharistiæ præter panem esse nihil. Ita enim homo, scilicet, Christianus & paupertatem monasticam iam pridem sese professum, votoq; cōfirmasse oblitus, malum

*Ex damni pecuniarij uindicta Lutherus in Roma. pontificem insurgit.*

*Ex contumeliæ libris suis illatæ uindicta Lu*

malum quod putabat, vlciſci eſt aggreſſus. Sicuti & poſteà An. 20. die Lunæ poſt D. Nicolai ſuorum librorum Romæ, alibiq; igne blaſphemiarũ eius vindice exuſtorum iniuriam vindicare ſtultiſsimus conabatur, cùm Ius canonicum, id eſt, ſanctiſsimas ſeruandę, gubernandæq; Eccleſiæ Apoſtolorũ, Patrum, Conciliorum, adeoq; Chriſti regulas, rogo iniecit exurendum. Cùm enim Pontifici rebus ipſis nocere non poſſet, maledicis verbis & conuicijs quod potuit, nocuit. Hunc enim verũ fuiſſe Luthero ſcopũ ad Argentinẽſes ſuis ipſe teſtatur verbis; & libello de ſeditione cauenda, gloriatur hoc ſe cõſequutũ. Inſpice, inq̄t; facta mea, nónne ego Papæ, Epiſcopis, presbiteris & monachis ſolo ore, abſq; omni ictu gladij plus ademi, quàm illi omnes hactenus Imperatores, Reges & Principes cum tota potentia ſua ademerunt? Cæterùm Patrum, adeoq; Apoſtolorum iniuria à Luthero ipſorum doctrinæ inflicta,

*Lutherus Ius Canonicum exurit, An. 1520. Matth. Ritter.*

*Luthero fuit ſcopus, ut Papæ incõmodaret, nõ ut ueritatẽ populis annunciaret.*

vt in Christi cõtumeliam haud dubiũ redundauit: ita & dogmata ab illo aut confícta, aut vt veriùs dixerim de vetustissimis iuxtà ac damnatissimis hæreseon lacunis reuocata in manifestissimam Christi Domini blasphemiam erumpunt. Quę dogmata ante Germaniæ calamitates per Lutherum allatas, paucis cõmmemorare nõ grauabor, si modò tibi probabitur. Vereor enim ne hac longa dissidiorum istorum exordij ab ouo (quod dicitur) repetiti narratione fuerim molestior.

DVB. Nequaquam ô bone. Animus ẽm mihi excitatur alacrior ad dogmata noui istius Eliæ, quem prędicant, accuratiùs cognoscenda, quæ nunc, quæso, paucis commemora, vt huius dissidij fructus liceat contemplari planiùs.

CAP. VII. *Lutherus ab Ecclesia Dei egressus, quàm blasphema*

CON. Quia nouum sese Prophetam, imò sese Dei gratia Euãgelistam Vvitenbergensem Epist. ad Ducem Saxo. Georgium iactitabat, nouam vt adferret doctrinam fuit necesse. Cùm igitur

Luthe-

Lutherus isthoc Ro. Pōtificis odio inflammatus,neq; propter Christum hāc Tragœdiam aggressus,nouā,Christianisq; inauditam Fidei atque iustificationis ratione Orbi inuehere vellet,idoneam suo isti figmento præstruxit viā. Illo enim Ecclesiasticorum hominum odio ex auaritia , siue Indulgentiario quæstu,vti demonstratum est, orto excæcatus, cùm Christianam religionē illis quidem adtuendum & prædicandum creditam,sed aliud ferè agētibus, ac luxui, otio, torporique incredibili deditis, atque altum omnibus propè dormientibus,imis à fundamentis conuellere, quassare, labefactare esset in animo,cœpit piam Christi Fidem, Sacrosancta Dei Sacramenta, bonamq; Christianorum vitam exagitare, vexare, oppugnare: aut verius suo pro nomine,quod superbissimè sibi à puritate finxerat,impuri sui luti stercoribus cōtaminare,humanæq; doctrinę fermento corrumpere ac deprauare.

*iecerit sui noui Euangelij fundamenta.*

*Luthero quisnam fuerit scopus innouandæ Ecclesiæ doctrinæ.*

*Callidæ Lutheri in Dei populum fallendum insidiæ.*

*Hominibus suæ ætatis carnalibus suam accõmodat doctrinã Lutherus.*

Cæterùm vt hæc suo pro rabido animi furore aptè perficeret, homines suæ ætatis animaduertens paßsim vitijs carnis, ebrietati, cõmessationi, luxui, adeoque præstigijs deditos, atque suis fraudibus morum simplicitate, vitæ impuritate, Religionis incuria, salutis æternæ negligétia quasi præparatos, eis suã callidißsimè concinnauit & adaptauit noui Euangelij doctrinam, à vita bona, bonorumq; operum in primis fiducia deterrens. Omnia enim horũ opera docebat esse peccata. Rursus quando quod in se est faciunt, peccare mortaliter. Quod axioma vt solido quodã quasi fundamento stabiliret, fingebat homines non modò esse serui arbitrij, qui nihil prorsus aliud agerent, quàm lutũ in manu figuli, aut gladius in manu furiosi: sed in iustificatione etiam, quæ est per Christum, nos non mũdari verè, neq; iustitiæ donum verè nobis communicari: sed tantùm nos reputari iustos, tegiq; peccata in animo

*A uita bona & bonorũ operũ fiducia deterret Lutherus.*

*Lutheri paradoxa quàm sint in Christianas mentes contumeliosa.*

latentia,

latentia, ob quæ verè essent Deo odibiles atq; gehenna digni. Imò propter inhęrentem peccati Originalis fomitem, Sanctos etiam hinc euocatos à Regno cælorum aliquandiù remorari atq; retardari. Quę Lutheranę doctrinę, Euāgelij titulo palliatæ, principia si vera sunt (inquiebāt illi simplices) quid nos frustrà Deo studemus vita Christiana placere? Imò si non est nobis liberū arbitrium, iniustus erit Deus si puniat, quæ non possumus non facere. Manducemus ergo & bibamus, coronemus nos rosis, volutemur vnguentis & vnguentarijs, nihil enim peccabimus, qui voluntatem Dei facimus. Sed isthæc vel Mahumetano Epicuræo indigna suos tamen repererunt sectatores innumeros. Cæterùm Stoicam illam necessitatem, quę & Deum facit scelerum authorem atque impulsorem, quónam ore audebat os impudens sonare, qui Christum legit Ierosolymæ cū lachrymis exprobrantem, Quoties volui vos

*Lutherus quàm sit in Christũ iniurius.*

congregare & noluistis? Sed atrociùs in Christũ sunt contumeliosa, quæ aduersus Sacrosanctæ Ecclesiæ Christianæ immundissimus euomuit Sacraméta. Oblitus enim, quod D. Petrus ait, mundationẽ sese veterũ accepisse peccatorum, cùm in volutabro suo, cũ sua sacrilega Christi adultera Catharina de Bore subare atque obuolutare statuisset, ausus est & Christi Baptismati veram derogare animi emũdationem; cùm D. Paulus doceat, Christum non modò liberare, sed emundare populũ sibi peculiarem. Rursum Ecclesiã suam purgare lauacro aquæ in verbo vitæ. Rursus Christum ad Patris dextram cõscendisse, vbi peccatorum purgationem perfecisset, suo illo crucis sacrificio Deo Patri omnium gratissimo. At si non verè in baptismo à peccatis purgamur, aut non verè liberamur, quia remanent, vt inqt ille, sed nõ imputantur: latent non abolentur: quomodo Christo Dño suũ aut officiũ, aut nomẽ

constat saluũ? Quomodo enim Iesus, qui non est Iesus? nõ enim saluat à peccatis populũ suũ, qui peccatis relinqt sordidatũ & contaminatũ. Quomodo populum suum mundat, qui immundum & peccato defædatum relinquit? Quomodo purgationem fecit peccatorũ, qui suis à peccatis nõ purgat, sed permanentia tegit? non tollit, sed reliqua obuelat? non abolet, sed latẽtia inuoluit? Isthæc blasphema tuo, quod tibi ô Luthere, impurissimus à puritate scilicet fingis nomine, indigna sũnt. Isthæc Christi officium abolent. Isthæc nomen Iesu semel delent. Porrò istiusmodi paradoxa, vt diximus, Lutherus fingere coactus est, vt ijs ceu quadam parasceue nouam, quam suo è cerebro hauserat, non à Chr sti spiritu didicerat, fidem quam dicit specialem, Orbi redderet plausibiliorem.

*Christũ Lutherus suo spoliat & officio & nomine Iesus.*

*Luther à puritate Germanis dicitur, sed quæ per antiphrasin nouo isti Epicuro conuenit.*

CAP. VIII.

DVB. Etiámne Lutherus nouam induxit fidem?

CON. Certè nouã & hactenus quidem

*Fides noua à Luthero confictа, quàm dixit Specialem.* dem orbi incognitam, licèt aliquando eius semina à quibusdam nouatoribus, vti infrà dicetur aptius, fuerint sparsa, quæ vt erant euanida, nihilque veritatis cõplexa: ita & in ventos abiêre. Sed vt nouã hanc, quam Specialem vocant, suis persuaderet fidem, illis, quæ commemorauimus noui sui (si Christo placet) Euangelij cõfictis axiomatibus in Christũ iniurijs, in Deũ Patrem blasphemis, in Spiritum sanctum contumeliosis, nunc iactis quasi fundamentis, ad maiorem impietatẽ est progressus, aut veriùs prouolutus, atque à malo illo genio protractus. Cùm enim an. 20. venenato illo suo libello Captiuitatẽ Germaniæ verè Babylonicam cogitasset inducere, ait sese præcursurum, nouasq; hæreses moliturum, dum monachi illas priores contra Sacramentorũ vim & numerum, aliasq; refutarent. Docuit igitur nos iustificari non quando credentes Symbolo, aut Euangelio suscipimus salutaria Christi Sacramẽta:

*Lutherus iactat se nouas moliturũ hæreses contra monachos. Ita in Captiuit. Babylo. ex editione Vuittẽbergen. anno. 1551.*

ta:

ta: ſed quum firmiter ſtatuimus & perſuaſiſsimum tanquam fide habemus, quòd nos Deus Pater in gratiam recipit, peccata condonat, filiosq; ſuos & hæredes per Chriſtum inſtituit. Fidem itaq; eſſe, non 'aſſenſum articulorum Symboli, aut doctrinæ Euangelij, ſed indubiam perſuaſionem, quòd tibi Deus peccata remittit. Non ergo per Sacramenta donari, ſed per fidem apprehendi iuſtitiam. Porro hanc iuſtitiã ſiue charitatem, docebat neceſſariò ſemper cũ fide illa ſua Euangelica coniunctã, ita vt nulla fides ei ſit mortua, immo in adulteris & furibus ait non eſſe fidẽ. Hæc doctrina vt eſt ſimplici popello plauſibilis, & carni ſuauis, planeq; tota delicatula, nullũ ferens, nedũ præſcribens pœnitentiæ gemitum, nullum ieiunium, nullam à delitijs, voluptatibusq; abſtinentiam: ita & Sacramenta Chriſti verè eneruat, euacuat, omniq; ſalutari expoliat fructu. At ſi per fidem apprehenditur iuſtitia, peccatorumq;

*Fidem Lutheri nõ eſſe in adulteris, furibus cut malis hominibus.*

Fide etiã Sacramẽta Fidei adulterauit, quò dignum haberet sua patella toxico virulentissimo plenissima operculum. Finxit em̃, per Sacramenta Christi peccata non tolli, sed relicta nõ imputari: permanentia velari, non ablui, nec sanguine Christi emundari; sed in animo hęrentia tegi & occultari. Rursum, vt Dei misericordiam, & Christi gratiã verè exinanitam, req; ipsa abolitã, videretur valde prędicare, finxit hominẽ esse serui arbitrij, opera eius omnia esse contaminata, imò esse peccata, eaque mortalia, propter quæ à regno Dei meretur excludi: adeoq; propterea remorari Sãctos ab ingressu Regni cœlorũ: sed propter fidem in Christum, Deum illa peccata verè peccata, dissimulare & non imputare. Quòd si verũ est, peccata illa quæ dicit verè manere, semper in homine esse verè peccata, an non sese bis miseri cælo excludũt? An falsum esse potest, quod Scriptura ait, Nihil coinquinatũ intrabit in Regnum Dei?

*Christi sanguinem nos à peccatorũ sordibus emundantẽ Lutherus ait ineffica cem, quòd peccata non tollat, sed tegat.*

*Lutherani ac Euangelici oẽs sese indubiè cælo exclusi*

*dũt miſeri, quòd ſeſe ſemper docent peccatis mortalibus, noxiiſq́; criminibus contaminatos.*

*Apoc.* 21.

*Sapient.* 2.

An Spiritus S. in Dauide falſum dicereputandus, Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? qui ingreditur ſine macula, qui operatur iuſtitiam, innocens manibus & mundo corde. Iſti cùm ſeſe fateantur ſemper peccato verè contaminatos, non operari iuſtitiam, nõ eſſe mundo corde, quónam, obſecro, eos aliò, quàm ad immũdos ſpiritus, quos nũc ſequũtur magiſtros, putes ablegãdos? Porrò ſi verũ eſt quod D. Io. ait 1. c.3. Qui facit peccatũ, ex Diabolo eſt: hi cùm ſe niſi peccare, omniaq́; ſua opera profiteãtur peccata, vnde niſi ex Diabolo, aut iſta faciunt, aut docent? cùm qui ex Deo ſunt, non peccant, teſte eodem Ioanne, ſed ſemen Dei in ipſis manet, & non poſſunt peccare, quia generatio Dei conſeruat ipſos. Vidẽrint ergo Euangelici, quónam ſint Patre prognati, & cuius tandem futuri ſint hæredes? Sed hæc cogitantes errauerunt, & excæcati à malitia ſua neſcierunt Sacramenta Dei, neque mercedem, vti

ait

ait Scriptura, ſperauerunt Iuſtitiæ.

DVB. Sanè hæc Lutheri doctrina vt in Chriſtum eſt contumelioſa & blaſphema: ita & in homines, quos Stoicè fingit ſerui arbitrij ſemper peccato cõtaminatos, ſemper corde immũdo, ſemper peccare, ſemper in peccato eſſe, ignominioſa & iniuria. Iſtiuſmodi dogmata aut ſequi, aut comminiſci, nõ videtur ſani cerebri, neque ſpiritus merè humani, nedum diuini: ſed fanatici potius, aut arrepticij, atq; maniaci.

CAP. IX. *Quo magiſtro Lutherus tã blaſphema didicerit dogmata.*

CON. De Authore argumenta nihil à vero abhorrentia minimè deſunt, ꝗ iſthæc, ſuaq́; alia non ſpiritu humano, nedum diuino, ſed diabolico effinxerit, haud aliter atq; Montanus ille ſpiritu pythonico, aut Mahumetes illo ſuo Gabriele; diabolo ſeſe in Angelum lucis transformante.

DVB. Sunt qui Lutherum ſcribant incubo natum, qui eius matrem balnei publici ſeruulam oppreſſerit, ſed neſcio cuius ſit fidei.

CON. Legitur in eius vita, à fide digno D. Cochlæo conſcripta, quoſdam ita literis mandaſſe. Verùm fides ſit penes Lypſicã illam matronam, cui eius mater fuit notiſsima. Ad hanc hiſtoriã alludere alicubi Eraſmum, non eſt à vero alienum. Cùm ipſi Lutherus obſcæna quædam verba à ſe confiċta, quòd nuſquàm ita Eraſmus ſcripſerat, obieciſſet, notã iſtã fœdè aſperſam diluens, mirum eſt (inquit) planè impio ſuo & blaſphemo ſermoni nõ addidiſſe de incubonibus, qui dicũtur inire fœminas. Certè parũ falſa in hoſtẽ blaſphemum fuerit oratio, niſi per tapinoſin homini Oreſte inſaniori, atq; Satanica maledicẽtia petulantiſsimo, eminus velut olfaciendũ oſtentaret, quod impurũ eius cohibeat ſermonẽ. Cæterùm fuiſſe Luthero cũ Diabolo familiaria colloqa, potiſsimùm poſt excõmunicationem, eaq; frequẽtia, qbus inter ſeſe varia cõferebant nouandæ ſuæ doctrinæ argumenta, ad Catholicam Chriſti vexandam

*Purgatione adi Epiſt. Lutheri nõ ſobriam.*

*Diabolum magiſtrum Lutherus ſæpè conſuluit in colloquiis familiaribus cũ eo frequenter habitis.*

dam Ecclesiam, concinnata, ex ipsius
„ Lutheri varijs scriptis liquet. Libello
„ de missa angulari Diabolum & se, ait
„ inter sese mutuum familiariter nosse, *Lutherum*
„ & quòd plus vno salis modio simul *à somno ex-*
„ comederint. Hunc ipsum mendacij *citat Diabo*
„ magistrum suæ doctrinæ iactat autho *lus, admo-*
„ rem, qui nocte quadam, ait eodē lib. *netq; scri-*
„ ipsum à somno excitarit, & tanquàm *bendū con*
„ in corde alloquens admonuerit ad *tra Missā.*
„ scribendum contra Sacrosanctū alta-
„ ris sacrificium. Eundem quoque in-
„ ducit secum disputantem ac fortiora
„ contra Missam argumenta proferen-
„ tē, quàm quæ refellere Lutherus po-
„ tuerit. Rursus libello de missa priua-
„ ta Diaboli magistri sui vocē depinxit *Vox Diabo*
„ tam grauē, robustam ac terribiliter *li à Luthe-*
„ sonantem, vt post collationē noctur- *ro aduiuū*
„ nam cum eo habitam, homines quā- *depicta,*
„ doque reperiantur mortui; animam- *quia sæpius*
„ que ita reddi anxiam, vt in vno mo- *audita.*
„ mento cogatur è corpore migrare,
„ quòd sæpè sibi etiam propè accidisse

„ scribit, & tandem sub vitæ finem, ait
„ Hosius, reipsa euenit. Probè enim po
tus & hilaris, postridiè manè in lecto
reperiebatur mortuus.

His accedit, quòd fide digni, qui hominem viderunt, vultumque penitius sunt contemplati, narrant in eius oculis nescio quid Dæmoniacum relucere solitum, quale in Maniacis & arreptitijs videre est, vbi sessore Dæmone agitantur. Eius sanè oratio ardentissima, acerrima, vehementissimà fuit. Si enim Lutheri maledicentiam cogites, quam Bucerus ait Dialogo contra Melanchthonem ab omibus imperiosæ & acerbæ dicacitatis accusari, nihil videbitur mirum, quòd quidam ipsum aiunt Dęmoniacũ, cui tam familiaria cum Dæmone colloquia fuêre, vt nõ solùm argumenta contra Christum suggesserit, sed cùm pro suo in Christum rabioso odio non essent quæ Lutherus scribebat satis maledica, impia, blasphema, ipsemet Diabolus de charta sua deleuerit

*Lutheri oratio & stilus.*

*Lutherum ait Bucerus maledicum imperiosum & austerè dicacem,*

uerit manu, vti Lutherus suis ipse verbis narrat libello de Missa. Equidem „ Erasm⁹ scribit Lutherũ cõuitijs sua„uiter animũ pascere, nulla maledicẽ„tia saturabilem, cõuitia furiosa in ho„stes iacere, Oreste esse insaniorẽ, prę„bibendũ esse Luthero veratrũ, vt sa„niora scribat. Rursus philautiæ & „odij temulentia quędã furiosa scribe„re, ideoq; Lutherũ habendũ nõ dicã „(inquit) Diabolũ incarnatũ (quod „Erasmo exprobrârat) furientiũ istæ voces sunt, sed hominẽ odio lymphatũ. Sanè si quis cogitet Lutheri arrogãtiam, iactantiamq;, non nisi merè Sathanicam agnoscet in homine superbiam, atq; philautiam verè Luciferianã. Germanos vsque ad suam prædicationem, iactat, nunquam antea verum, germanumq; audijsse Euangelium. Rursus. Ego verò (inquit) aduersus dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dæmonũ, pono non antiquum vsum, sed vnius maiestatis æternæ verbum, Euãgelion.

*Erasmus Lutheri ingenium depingit. Purgatione ad epistolã non sobr. Luth.*

*Furẽre Lutherum atq; Oreste insaniorem ait Eras.*

*Diabolũ incarnatũ appellat Erasmum Lutherus.*

*Quanta Lutheri arrogantia.*

*Serm. de destructione Ierus.*

*Luth. lib. contra Regẽ Angl.*

gelion. Item, Diuina maiestas mecum facit, vt nihil curē, si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ cōtra me starent. Deus errare & fallere nō potest. Augustin⁹ & Cyprianus, sicut omnes electi, errare potuerunt, & errauerunt. Sic libro pro scholis erigendis: Sim ego qualiscunq;, sed ex corde fideliter intendo, & vestrum & totius Germaniæ bonū, in quod destinauit me Deus, idq; charitati vestræ liberè ac cōfidenter dixerim, Quisquis obedierit mihi, is proculdubio nō mihi, sed Christo obedit: & qui mihi non obedierit, is non me, sed Christum cōtemnit. Ego enim scio vtique, & certus sum, qd & quorsum ego loquor & doceo. Rursus. Neque vos impedire debet, quod aliqui gloriantur de Spiritu, & Scripturas parui faciunt, sed bone amice, spiritus huc, spiritus illuc, ego quoque fui in spiritu, atque etiam vidi spiritus (si omninò de proprijs gloriādū est) fortè plus, quàm illi ipsi adhuc intra

*Omnes Patres ueteres & Electos omnes errasse ait Lutherus, se oblitus hominem.*

*Iactat sese à Deo Germanis missum.*

*Spiritum et reuelationē iactat Lutherus, sed nō de cælo, uti olim Mahometus & Ioan. Husius.*

intra annum videbunt, quantumcunque etiam glorientur. Et ſpiritus meus etiam in aliquo ſe oſtendit, cùm tamẽ ſpiritus eorũ in angulo ſit tacitus. Rurſus, Si non ſum propheta, attamen certus ſum, pro me ipſo verbum Dei eſſe apud me, & nõ apud eos. Ego enim ſcripturam pro me habeo, & ipſi ſolummodo doctrinam ſuam propriam. Ita & in Germanica defenſione ſuorum Articulorum, vbi præ ſe contemnit nõ ſolum doctores omnes ſcholaſticos: verumetiã Eccleſiaſticis Patribus, Ro. Pontificibus, & Cõc. generalibus minus credi volebat, quàm vni ſibi. Nam vti ait, Certus ſum, dogmata mea habere me de Chriſto, qui etiam aduerſus eum triumphaui, qui in vngue nouiſsimo plus habet virtutis & aſtutię, quàm omnes Papæ, Reges & Doctores. Iſta ſuperbia non tam inflatus q̃ excœcatus in Comitijs VVorm. nullũ ſuis in ſcriptis errorem agnoſcere, nedum reuocare voluit; imò ne verbum quidem vllum.

*Lib. contra Regẽ Angliæ.*

*Victoria Lutheri de Diabolo.*

*Anno 21. Lutherus ſuperbia excœcatus nullum vult agnoſ*

*ſcere erroꝛ rem, nulꝫ lumq́ꝫ iudiꝫ dicem.* lum mutare, ſe captum affirmans Verbi Dei retibus, quibus conſcientia (inquit) inuoluta abire non poteſt. Neq; etiam Articulos ſuos Concilio futuro ſubmittere, qui Concilio Cõſtantien. fuiſſent damnati, certus ſum (inquit) eius decretis damnatum fuiſſe verbum Dei. Quod ſi quis ſcurrilia eius cõuitia *Scurratur Lutherus teſte Anꝫ drea Crit.o* cogitet in Reges, quos Antichriſtos, Carnifices, ſcurras, nebulones: In Pontifices, quos etiam Antichriſtos, lenones & idola: In Sanctos, quos latrones *Lutheri im puritatem arguũt imꝫ pura eius fœdaq́ꝫ uerꝫ ba orationq́ꝫ merdis con ſtercorata.* & ſanguinarios (vti D. Bennonem Epiſcopũ) ſocios Antichriſti, quis eum ſani æſtimet cerebri? Rurſus, ſi quis fœdum Lutheri os videat, quod niſi merdas, ſtercora vomit, Satanas, Dæmones incarnatos crepat: Antichriſtos, idola ſonat; An iſthoc monſtro quid fuerit vnquam arrogantius, impudentius, virulentius? vt rectè Angliæ Rex Luthe- *Scurrã eſſe Lutherum ait Rex Angliæ.* ro reſcripſerit peſtilente lingua eũ ſcurratum eſſe in R. Cardinalẽ Eborac. primarium ſuum Conſiliarium, cuius pru-

den-

dentiam ſingularem, vti ait, magis perſpectam habebat, quàm vt quicquam eius linguæ ſcurrilibus cõmoueri queat conuitijs, quæ in totam ſcurratur Ecclesiam, quæ Sanctiſsimos proſcindit patres, quæ nullos non lacerat diuos, Chriſti contemnit Apoſtolos, quæ Sãctiſsimam Chriſti matrem inhonorat, quæ Deum ipſum velut ſcelerum fontem, authorem, impulſoremq; blaſphemat. Ita ad Lutherũ Rex Angliæ. Hæc omnia ſi cogites, Dubitanti, dubium vix fiet, quin Dæmonem paſſus fuerit ſi non ſeſſorem, certè aduolitantem, qui ſubinde reuolitãs eum arripuerit: quòd non ſolùm mente ei contigiſſe, ſed etiam corpore, docet illud Lutheri exemplum paradoxũ, quod de ipſo narrat D. Cochlæus, quòd cùm legeretur Euangelium de ſurdo & muto Dęmonio, repente in terram conciderit, horribiliter vociferans, non ſum, non ſum. Si non cõtigit ei ex morbo comitiali vti olim Mahumeto, illi vero Antichri-

*Lingua quàm uirulenta & blaſphema Lutheri.*

*Lutherus an arreptitius.*

*Lutherũ in choro proſternitur, horribiliter clamitans.*

tichristo, viderint Discipuli cuinàm causæ insanas hasce, aliasq; Lutheri voces meritò ascribant. Nec defuêre viri fide dignissimi, q sibi visum fuisse Dæmonē corporaliter cū Luthero conuersari adfirmarēt. Sanè disertis verbis ꝓfitetur, nō modò familiaria cū Diabolo colloquia: sed tam frequētem illius accessum, vt vel dormientē à somno excitarit, ait lib. de Missa angulari, admonens aduersus missam esse scribēdum. Sed vt hunc locū concludamus, narrabo qualénā fuerit nō modò Caroli V. Cæsaris, aut omniū verius Statuū Imperij de illo iudiciū, sed totius ferè Germaniæ sanioris. Tā obstinatè in suis hęreticis opinionibus corā Carolo Cęsare, omnibusq; Imperij statibus persistebat, vti est in edicto VVormat. impudentibus verbis, orisq; & corporis gestibꝰ, quiduis potius quàm religiosum, aut sanū hominē præ se ferens, vt ne verbū quidem in suis libris se mutaturum affirmaret, vt ab omibus ijs qui sapiūt par-

*Imperator & Imperij status iudicant Lutherum aut dementem, aut obsessum.*

partim demens, partim etiã malo aliquo obsessus spiritu iudicaretur. Talẽ cùm Lutherũ haberet sanior Germaniæ pars, quid refert an Dæmoniacus fuerit ac dęmonis mancipium, philautiæ, superbiæ, maledicentiæ, odij œstro extra mentẽ raptus, qui dæmone argumentorum suggestore, magistro, dictatore vsus, cõtra Christũ scripsit? Quod suis ipse verbis iactitat Lutherus. Vnde mihi sanè minimè paradoxũ videatur, potuisse Catholicis exorcismis nõ minus à Luthero Dæmonem expelli, quàm olim à priscis illis hæresiachis Montano & Priscilla eundem mendacij magistrum eijcere pollicebatur B. Sotas Anchialensis, teste D. Publio Iulio epistola Serapionis Antiocheni, si hoc illius permisissent Hypocritæ, siue vt Ruffinus reddidit, adulatores.

*Ex edicto VVormat. anno 1521.*

*Vide histor. Ec. Eusebij*

DVB. His iactis nouis fundamentis illo suo spiritu, minimè sancto, magistro non indignis, quidnam Lutherus vltrà moliebatur?

CAP. X.

CON.

CON. Aliud ſanè nihil, quàm verbũ Dei adulterare, ſemel corrũpere prorſus abolere.

DVB. Hoc mihi non perſuaſero facilè, ni Solis luce demonſtres clariùs.

CON. Id ni præſtiterim, vanum me habeas. Tu modò æquus, attentuſque animum ad poſteriora Lutheri aduerte ſtudia. Illis igitur quæ diximus, nouæ ſuæ doctrinæ principijs iactis, quibus Lutherus & homini ſuum eripuit liberum arbitrium, & Chriſto non modò ſuum officium, quo verè iuſtificat impios, & nomẽ IESVS, quo verè ſuũ populum à peccatis emundat, ſanctificat & verè ſaluat: fidem deniq; ex Verbi Dei firmo aſſenſu in humanam peruertiſſet arrogantiam, & in temerariam deprauaſſet præſumptionem, Chriſti etiam Sacramenta ſuo effectu atque vi verè ſanctificante expoliaſſet: his inquam, iactis nouæ ſuę doctrinæ principijs, Lutherus ſuum congruenter ædificare pergebat Euangelium. Sed vide obſe-

*Verbũ Dei ſcriptũ per Lutheri uerſiones uarias adulteratum, & mutilatum.*

obſecro, quanta cum pietate Euãgeli-ca. Mox enim ipſum Dei verbum ſcri-ptum violare, mutilare, deprauare eſt aggreſſus.

DVB. Hui? itáne Verbum Dei ſcri-ptum Lutherus violauit, mutilauit, de-prauauit?

CON. Videbis clariſsimè. Cùm eñ ſuis ſomnijs illis, quæ dudum expoſui-mus, nouæ ſuæ doctrinæ principijs non ſolùm Patres vniuerſos orthodoxos, Concilia vniuerſalia, adeoq; doctrinã Eccleſiæ Catholicæ sciret repugnare, ſed ipſum quoq; ſcriptum Dei verbũ, vide obſecro, quánam ratione quæ ſibi opinabatur obſiſtere, conatus fuerit abolere.

*An. 1522*

*Repudiata Eccl. Catholicæ doctrina cũ patribus & Concilijs nouum ſuum Euangeliũ Lutherus conatur ſtatuere adulterando & peruertendo nouũ Teſtamentum.*

Fidem ſuam nouam, quam dixit ſpecialem, qua quiſq; ſibi ſpecialiter ſtatuat, certoq; perſuaſum habeat ſibi contingere remiſsionem peccatorum, ſeq; eſſe filium Dei, nec à Regno excidere poſſe, modò fidẽ retineat, cùm videret in D. Iacob. 2. epiſtola eſſe à Spirituſan

Epistolam D. Iacobi cur Lutherus reiecerit. Præfat. in Euang. ein rechten stroern epistel gegen sie.

cto refutatam, & funditùs subuersam, quòd Fidē sine operibus bonis doceat mortuam, & ad salutē inutilem, eā non modò reiecit epistolā ceu canone indignam: sed contumeliosissimè quoq; appellauit præ alijs verè stramineam, quod nihil, ipsius iudicio, haberet Euāgelicæ, ait, indolis. Istam arrogantiā cū Caluinus Euāgelico spiritu indignā putaret, multis argumentis, præfatione in hanc epistolam, retundere aggreditur. Sunt etiam hodie (inquit) qui hanc authoritate dignam nō censeant. Ego tamē quia nullam eius repudiandæ satis iustam causam video, libenter eam sine controuersia amplector. Rursus paulò pòst. Quare mihi ad Epistolā recipiēdam satis est, quòd nihil continet Christi Apostolo indignum. Sed hūc in modum Epistolam D. Iacobo, inscriptam è canone submouere est aggressus Lutherus.

Caluinus Lutheri censuram de Iacobi Epistola refutat.

DVB. Hoc sanè vnicum facilè demonstrat, quónam agitabatur spiritu,

cuius

cuius magisterio integram Iacobi Apostoli Epistolam studebat Christianis subripere.

CON. Hoc agnosces clarius, si reliqua Lutheri audias sacrilegia Verbo Dei scripto intentata.

DVB. Narra obsecro, percupidè audiam.

CON. Quia D. Iacobi epistolã semel ceu stramineã reprobarat & proculcarat, quòd suo non saperet palato indolem, vti aiebat, Euangelicam: cùm sapientiam cælestem, quæ Lutherũ longissimè fugiebat, doceret pudicam, pacificam, modestam, suadibilem, bonis consentientem, non iudicantem, plenã misericordia, & fructibus, siue operibus bonis: Quæ omnia facit peccata Lutherus, impudicus, seditiosus, immoderatus, intractabilis, bonis repugnãs, omnes iudicans, non tantum Patres vetustissimos, sed etiam Apostolos, omnis misericordiæ, bonorumq; expers operũ; hac inquã de causa, cùm D. Iaco

bi epi-

bi epiſtolam de Canone Scripturarum ſubmouiſſet, quòd non eſſet ab Apoſtolo ſcripta, ſimili planè authoritate, imò rabie, etiã Pauli epiſtolã ad Hebræos, tertiam D. Ioannis, & ſecundã D. Petri, & Apocalypſim D. Ioannis Apoſtoli reprobare eſt auſus. Imò ne quid ſuo illo Euangelico ſcilicet ſpiritu indignum omitteret, ad veteris quoq; teſtamenti Canonem inuolauit. Vnde & libros Machabæorum aboleuit, Iudæorum ſic malens audire Synagogam, teſte Auguſt. de ciuitate Dei libro 18. ca.36. quàm Chriſtianã ſequi Eccleſiã.

*Alia Lutheri ſacrilegia in Canonẽ Scrip. Præfat. in epiſt. D. Ia.*

DVB. Narraſti copioſè ſacrilega Lutheri auſa in violando, atque mutilando ſacro Scripturarum Canone, tot ei libros amputando. Nunc animus mihi audire geſtit, quod dudũ de adulteratis ac peruerſis reliquis Scripturis promittebas.

CON. Iſtud eius flagitiũ libellis iam pridem æditis Saxoniæ demonſtrauit D. Hieronymus Emſerus. Idem nuper

V. CL.

V.Cl.Fred.Staphylus, qui iſtorum Euangelicorũ fraudibus multos per annos à via veritatis ſeductus, diuina tandem indulgẽtia ad Catholicam reuerſus Eccleſiã, Orbi toti ſolis luce oſtendit manifeſtius. Georgius VVicelius quoq; hæc ſacrilegia Luthero exprobrauit, & alij non pauci: vnde, ſi tibi nõ fuerit iniucundum, loca aliquot mutuabimur, quibus ſi & ea acceſſerint, quæ nos depræhendimus, hanc rem demonſtremus manifeſtiſsimam.

*Sacrilegia Lutheri à quibus annotata.*

DVB. Nihil audierim iucundius, quàm veram huius rei demonſtrationem, ex qua facillimum erit aduertere, qua fide Scripturas interpretetur, qui tanto ſacrilegio eas peruertendo deprauarit.

CON. Audi attentus. Ita enim fiet, vt Spiritum Lutheri magiſtrum agnoſcas perſpicuè illum eundem eſſe, qui ætate Pauli plurimos extruſit pſeudoapoſtolos, qui verbum Dei adulterabant, operarij ſubdoli ſiue fallaces, transfigurã-

tes sese in Apostolos Christi, vt sese Lutherus in Euangelistam Christi transfigurare nō erubuit. Hoc eṁ nomine sese iactat Tomo operum suorú, 6. fol. 165. Item epist. ad Ducem Saxoniæ Georgium.

*Euangelistam Germaniæ sese Lutherus iactitat.*

Pauca igitur promemus ex plurimis loca, quæ nouus hic Euãgelista (vti sese venditat à vero nimirum Euangelio à se tandem in fine seculorum, si Christo placet, reperto atq; in lucem eruto) à vera Germanaq; lectione detorsit, aut deprauauit. Nam si corruptelas eius nouo Testamento suo, quod Germanicè vertit, assutas & inspersas supputare fuerit animus, centena aliqua multa (inquit) Staphylus reperias, vbi textú ipsum miserandum in modum corrupit, alibi addens, alibi demens, Scripturasq; diuinas hunc in modum vel truncauit, vel assuendo quædam addidit, quæ abominandas suas hæreses inductis pulchris coloribus fucarent. Imò profitetur disertè D. Hiero. Emserus præ-

*An. 1521 Lutherus aggreditur nouum Testa. peruertendo deprauare.*

*Corruptelæ Lutheri innumeræ.*

*Apolo. parte 2.*

*Centuriæ aliquot corruptelarum per Lutherum Scri-*

præfat. Annotationum in Nouũ testa. Lutheri, hunc pseudoprophetam omnibus ferè libris, singulisq; propè capitibus Biblia falsasse, ac ferè mille quadringentos errores hæreticos, mendaciaq; occultauisse atque immiscuisse. Alij plures, alij pauciores annotarunt Lutheri errores. Ex tanto igitur falsitatũ, corruptelarum, adulteriorũ, deprauationũq; aceruo, hîc pro temporis, lociq; ratione nonnulla commemorabo Quæ autem illi pij viri in Lutheri versionem scribunt, non de prima, secunda, aut tertia, accipiendum æstimo, sed de posteriorib. quoq; æditionibus, quibus agnoscit Lutherus se priores castigasse, erroresq; suos emẽdasse, hoc est, vti habet rei veritas, priores errores posterioribus versionibus deteriores fecisse, suamq; priorem versionem plurimis locis variasse, quemadmodũ videre est tabella versioni noui testamenti D. Emseri præfixa. Certè Lutherum in vertendo non Euange-

*pturis intẽxta.*

*Bey Viertzehn hundert Ketzerlichen irthumb vnd lugen.*

*Errores suæ versionis Lutherus agnoscit sese castigasse, ac reuera deteriores fecisse.*

listæ præstitisse officium, vel vnus demonstret Bucerus, qui Dialogo contra Melanthonem, ait Lutheri lapsus in vertendis, explanandisq; scripturis manifestos esse, nec paucos. Quinetiam Osiandrici Luthero nõ verentur obijcere loca Scripturarum ab ipso magna (inquiunt) falsitate & dolo interpretata. Imò si quam meretur Lutherus fidẽ, hîc sanè suis de versionibus veritatem professus, meretur longè maximam. fatetur ergo post annos prope 20. quàm primam inuulgasset æditionem, non se modò, sed etiam Sanctem Pagninum, atq; Munsterum crebrò errasse in sua ex Hebræo translatione, quòd Rabbinorum glossis nimium (inquit) crediderit. Verùm hæc alterius fuerint loci. Nos nunc breuem colligamus catalogum locorum ab isto nouo Euãgelista deprauatorum, atq; peruersorum.

*Bucerus Lutheri uersionem reprehẽdit.*

*Osiandriani Luthero exprobrant falsitatẽ & dolũ, ut ait Confess. Mãsueldt.*

*Palinodia Lutheri de sua Bibliorum uersione, qua sese frequenter errasse fatetur. Præfat. in Biblia.*

CAP. XI.

*Catalogus locorum à*

Quũ bonis operibus Lutherus bellum indixisset, potissimũ homo bonorum operum expers, qui docebat omnia

nia bona opera esse peccata, vide mihi quàm suæ anticipatæ opinioni conformiter plurima verbi Dei loca deprauarit & adulterarit. Illud enim D. Pauli ad Philemonem, *Luthero de prauatorũ.*

In agnitione omnis operis boni, vocẽ Operis expoliauit: quæ tamen est in æditione Græca Complutensi, & alijs castigatiss. Græcis, sicuti & plurimis vetustissimis latinis Roberti. 1. *Loca de operibus bonis.*

Illud Iacobi, Ostende mihi fidẽ tuã sine operibus, Lutherus deprauauit, Ostende mihi fidem cũ tuis operibus. 2.

Rursus cùm operum bonorũ necessitatem videret à D. Petro præscriptã, Certam (inquit) vestram vocationem facite per opera bona, Lutherus operũ hostis totùm illud, Per opera bona, omisit. 3.

Vt suã porrò fidem nouitiam, quã solã iactat sine operib⁹ iustificare, statueret, cùm in verbo Dei nusquam legeret qđ somniarat, Ausus est illi D. Pauli loco ad Ro. 3. de suo assuere, Solũ, Arbi- 4. *Loca de Sola fide iustificante.*

*Vox Solum addidit Lutherus. Ohn des gesetzes werck, allein durch den glaubē. Ita editio anno 34.* tramur hominem iustificari solum per fidem sine opere legis.

Cæterùm quia omnia hominū opera somniarat peccata, coactus est & huic somnio idonea quædam sibi fingere Verbi Dei testimonia. Illud ergo Pauli Rom. tertio,

Omnes enim peccauerunt,

5. *Loca de operibus nostris an peccata.* Lutherus peruertit, Omnes enim sunt peccatores; cùm lōgè aliud sit peccasse omnes, aliud, omnes esse peccatores, quia hęc, ait Baptizatis Paulus, fuistis, sed abluti estis, sanctificati estis, iu-

*1. Cor. 6.* stificati estis.

Sic & Illud Iudæ:

6. Qui potest vos cōseruare sine peccato, Lutherus peccati patronus, iustitiæ osor, peccatū nolēs homini abesse, sed semper dominari, peruertit, reddens ohn anstos.i. sine oppugnatione: Cū Deus à peccato suos seruet, sed nō ab omi tentatione, cū qua facit nō infrequēter salutis fructū. Hanc Christianorū perfectionem, quę peccatū omne, ꝙ regno exclu-

excludit, vincat atque propulſet, cùm ſuo dogmati ex diametro videret pugnantẽ, maluit vocem Paulinam ſuo detrahere textui, quàm Germanã lectoribus exhibere Apoſtoli ſententiam. Quod enim Paulus Expheſijs ſcribit:

Accipite amaturã Dei, vt poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare, Lutherus vocẽ Perfecti omiſit, quæ vt eſt in omnibus Latinis, ita in omnibus quoq; Græcis ἄπαντα κατεργασάμενοι ςῆναι, In om̃ibus perfecti, ſiue vt quædam Vet. Latina habent, omnibus perfectis ſtare, quod manifeſtius Lu- 7.
theri dogma de iuſtitiæ Chriſtianæ imꝑfectione ſubuertit. Callidè ergo, imò ſacrilegè hãc ſuffuratur vocẽ, reddens, Vt in omibus, quæ agitis poſsitis ſtare.

Sic cùm ſeſe & ſuos omnes, quos di- 8.
cit peccato ſemper contaminatos, cælo videret excludendos, quia ſcriptum ex Apoc.21. Non intrabit in eam aliqd coinquinatũ. Lutherus obſcuriſsima populis voce deprauauit, Nihil cõmu-

ne; vt peccatorum maculas, quas ſemper omnibus exitiales adeſſe fingit, ſimplicibus occultaret. Inexercitatis eñ vox Commune, nũquam videatur peccatorum ſordes occultare.

Rurſus vt nihil pręter Scripturã co-
9. geretur pro Verbo Dei agnoſcere, aut ſuſcipere, illum D. Petri in Eſaiæ dictũ,
1. Pet. 1. Verbum Domini manet in æternum, commentarium, hoc eſt autem Verbũ Domini quod vobis eſt Euangelizatũ, non dubitauit Lutherus ſua prima verſione amputare, vti teſtes oculati nobis affirmant. Certè id diſertè D. Emſerus quoque teſtatur.

10. Omiſſa verò à Luthero ad ſuorum dogmatum confirmationem, quíſnam

*Omiſſa à Luthero,* paruo complectatur catalogo? Adulteria & ſcortationes animo voluens, illud D. Pauli ad Theſſalonicenſes 4. Vt abſtineatis vos à fornicatione, prorſus omiſit. Cui eñ hoc Paulinũ mandatũ ob oculos verſatur, quî fiat vt iſtiꝰ pſeudoapoſtoli legẽ nouã animo cõplecta-

tur,

tur, Si vxor nolit, ancilla venito? Sic enim statuit iste Apostolus Tom. sexto fol. 77. concione ad populum habita.

11. Quia Iouinianista sacrilegis fauebat nuptijs illarum Dei adulterarum (Sanctimoniales dico, & Monachos & clericos, voti cõtinentiæ reos) illud Pauli. 1. Timot. 5. de voti violati reis viduis quod primam fidem irritam fecissent, non de voto cum Veteri & vera Christi Ecclesia, sed de fide in Christũ violata & abnegata exponendum vult.

12. Rursus illud. 1. Cor. 9. Nunquid nõ potestatem habemus sororem mulierẽ circunducendi, detorquet subans iste aper in sororẽ coniugalem, quæ vsibus seruiat concubitus. Adhæc ne quid superſit scrupuli, quin nouus hic Euãgelista non aliud sua isthac spectarit noua versione toties recocta, toties variata, sed vix vnquam in melius, quàm verum purum putũ Dei verbũ Euangelicum adulterare, peruertere, deprauare, vnum aut alterum promemus locum,

*Ein schwester zum weib.*

13. ad ea quæ aguntur concludenda.

*Locus adiectione depravatus. Nur, id est nisi, siue tantum. LegemMosaycam totam Lutherus nna sua uocula adiectaVult abolere.*

Cùm longè alium legis Mosaycæ vsum inuehere statuisset, quàm hactenùs vniuersa cognouisset Catholica Dei Ecclesia, illud Apost. ad Ro.3. Per legem cognitio peccati, deprauauit adijciendo Solum. Sic enim legis quendam agnouit vsum: sed suo commento sensum deprauauit Apostoli, qui hoc loco non agit de hoc tantùm legis vsu.

14. Vt legis illius Diuinæ per Moysen Patribus datæ obligationem sese suo adulterio atque corruptela persuasum habuit pseudoapostolus Lutherus aboleuisse atq; Christianorũ animis excussisse: ita illum Actorum 3. locũ deprauans, Ad horam orationis nonam, se omnes Ecclesiæ cõstitutiones semel sustulisse credidit. Quòd enim Spiritus Sanctus Apostolos obseruasse testatur, ad templum orationis causa accessisse certa diei hora, puta hora orationis nona, ille peruertit, eos ascendisse sub horam nonam ad orandum.

*Certũ orãdi tempus à Luthero sublatum.*

Hac

Hac enim corruptela sua non modò omnes sustulit horas, quas prisco de more dicimus & obseruamus Canonicas à certo precandi & orandi tempore: sed omnem prorsus abolere voluit comprecandi stato tempore cõsuetudinem, vt videlicet sublata certi tẽporis obligatione, carnalem quandã nũquam orãdi induceret libertatẽ, quod nunc, prô dolor, nimis inualescere videmus. Si qui enim istius farinæ ad templum adeunt, magis studendi quàm orandi animo suos corruptissimos tantum voluunt libellos. 15.

*Bonorum operum meritum quomodo Lutherus sustulerit.*

Iam sublato stato quoque orandi tempore, vti & Decalogi obligatione, per falsam libertatis speciem, prorsus semel omne bonorum operum meritũ abolere est aggressus. Huic suo nouo dogmati verba D. Petri seruire cogit, sed adulterata. Cùm teste D. Luca Iudęos ad illius claudi Act. 3. sanationẽ obstupefactos Petrus percũctatur, cur in sese oculos habeant coniectos, quasi id

*Potestatem Lutherus peruenerit in meritum, ut omne aboleret operis boni meritum.*

ſua effecerit poteſtate, aut virtute, ſiue etiam pietate; Lutherus omne abliturus meritum, loco potentiæ aut poteſtatis ſuffarcinauit meritum. Vt ſicuti Petrus negat ſtupendum hoc miraculum non ſua Apoſtolica factum virtute, aut poteſtate, quæ non eſſet ex Chriſti dono: ita quoque iuxta Lutherum, nullum Apoſtolorum fuiſſe meritum affirmet.

16. Eiuſdem corruptelæ clariſsimū eſt exemplum, quòd illud Pauli. 1. Tim. 4. cùm impoſitione manuum presbyterij in longè alium à vero ſenſum deprauauit. Cùm enim ex Pauli verbo liqueat, Ordinationis Sacramentum olim ex Apoſtolorum traditione non niſi preſbyterorum noui teſtamenti miniſterio collatum fuiſſe, nouus hic Euangeliſta ſuos ſubſtituit neſcio quos ſeniores, q̄bus per Euangelicam ſcilicet adulationem munus tribuit Apoſtolicum. Sed quid mirum, cùm & muliercuLis idipſum conceſſerit, adeoque ipſe

*Ordinationis ſacramentū qua ratione Lutherus ad Laicos ſeniores trāſſcripſerit.*

*Lutherus audebat ſacerdotes ordinare.*

manus

manus presbyteris ordinandis imponere non dubitauit, teste Iusto Iona, atque Michaele Cælio de eius exitu.

17\. Sicuti superiori loco planè ordinem sustulit Ecclesiasticum, Sacerdotibus ereptam ordinandi potestatem suis laicis Senioribus attribuens: ita alibi omnes subuertit Ciuiles leges. Cùm enim seditionẽ Germaniæ suæ moueret sanguinariam, quam stantibus legibus inuehere non potuit, non alia id melius videbatur faciendum via, quàm si leges Reipub. nerui, semel essent abolitæ. Isti suo furioso dogmati seruire coëgit Paulum, cùm verba, Secundum elementa mundi, peruertendo deprauaret, Secũdum leges mundi. Quòd illud Christi, Caro non prodest quidquam, Lutherus reddidit Das fleisch ist kein nutz/ Zvvinglius respons. I. exagitans, manifestum & publicum S. Scripturæ corruptorẽ & adulteratorem clamat. Vide Confess. Tigurinorum.

*Leges omnes ciuiles quomodo Lutherus su[stul]erit.*

*Nach der welt satzungben.*

*Col. 2.*

*Elementa mundi Lutherus peruertit in leges ut Rẽpubl. legibus erueret, hoc est euerteret.*

18\. Inter omnes autem adulteriorum atque

*Articulũ*

*Lutherus facit demonstratiuum.* que corruptelarum species, quas nunc ex peruersa Lutheri versione recensuimus, illa sanè nō est postremo loco habenda, qua veteres, abolitasq́; olim hæreses nūc resuscitare aggreditur. Quod

*Galat. 4.* enim veteres hæretici Gal. 4. ad suum dogma statuendum deprauarant, pro illo, Factum ex muliere, legendum vertentes natum ex muliere, etiam Lutherus sua isthac noua æditione renouare audebat, factum sub lege, natum ex muliere: planè priscis illis astipulatus hæreticis, qui teste Beda homil. 50. pro factus adulterarunt natus, vt sic veram Christi ex Maria incarnationem aboleret. Agnoscísne tandem, mi Dubitāti Spiritum illum Lutheri magistrum, qui violato Dei verbo, amputatis ei libris aliquot, epistolisq́;, pôst etiam reliquas Scripturas ausus est peruertendo deprauare, corrumpere, adulterare?

DVB. Demiror ecqd ad isthæc præclara sui prophetæ, Saxonum Euāgelistæ, tertij Eliæ facinora respondeāt discipuli,

cipuli, an ipſos iſtorum non diſpude-
at? an eos talem ſequi non pigeat ſacri-
legum, Verbi Dei expilatorem, adulte-
rum, corruptorem?

CON. Adeò non pudet, vt magiſtri
flagitia imitari malint, quàm effugere,
nedum emendare. Cùm annis abhinc
pauculis. Cl.V. Freder. Staphylus iſti-
uſmodi varia obieciſſet crimina, ea q-
dem libello in vulgus ſparſo refutare
aggrediebatur Philipp. Melãthon: ſed
ad hæc ſcripturarum adulteria ab illo
commemorata, ne verbulum quidem.

Verùm hoc flagitio, imò ſacrilegio
diſsimulato, rhetoricatur de vtilitate
verſionis Luthericæ in linguam Ger-
manicam, quã ait eſſe quibuſdam the-
ſaurum longè gratiſsimum.

Quam eandem verſionem, inquit,
teſtari poſſunt docti optima fide factã
eſſe, & tu ipſe, ait ad Staphylum, noſti
quanta fuerit diligentia in eo labore.
Sed hanc ſuam affirmationem mox ex-
cipit digreſsione ad eam quæſtionem,

*Verſio Lutheri an bona fide reddita, quod ait Melãchthon.*

an

an libri sacri sint omnibus legendi? Cæterùm illud operæprecium est obseruare Melanthonis mendacium, quòd ait doctos testari posse, optima fide factam esse Lutheri versionem: cùm ipse Lutherus præfat. in Bibl. agnoscat, sese, vti & Munsterum & Pagninũ, crebrò errasse.

*Melanchthonis uanitatem præter alios uel ipse Lutherus redarguit.*

Iam præter has Scripturarũ manifestas corruptelas, deprauationes, adulteria dudũ adducta, vel vnus Bucerus arguat Melanthonis mendaciũ, qui Lutheri lapsus in vertendis Scripturis affirmat esse manifestos, eosq; minimè paucos.

*Dialogo cõtra Melãchthonem.*

Imò deplorat Stoltzius in Defen. Lutheri, Sacramentarios quibus possunt sannis versionem eius Biblicam & commentarios carpere.

*Ita in confess. Mansfeld.*

Ad hæc Osiandrici Lutheri interpretationem Bibliorũ de magna infamare non dubitant falsitate, vt inquiunt, & dolo. Quid, quòd VVicelium, aliosq; errata Luthericæ versionis collegisse ibidem adfirmat Melanthon? Quo ergo ore dixerit optima fide esse factam, quã dam-

nat

nat Bucerus? quam Sacramentarij & Osiandrici magnæ accusant falsitatis, adeoq; doli? quam tot docti viri reprehendunt? quam tot loca adulterata infamãt? quam ipse deniq; Lutherus agnouit crebris erroribꝰ nõ minus, quàm Munsteri, aut Sanctis Pagnini contaminatam? adeò vt Lutherus ipse secundam ęditionem ita variarit, vt quidam vel ex solo Matthęo annotarit loca.33. à Luthero mutata? Quò verò eundem agnoscas in Lutheri Discipulis, alijsq́; Euangelicis spiritum, qui Lutherum erudiuit, mendacij magistrum, præter varia veterum Patrum testimonia detorta, deprauata, corrupta, adulterata, vna Cõfessio Augustana, cum Apologia solis luce declaret manifestiùs, quæ variam in faciem deformata iactitatur esse illa Carolo Imp. Augustæ An.30. oblata; cùm ex diametro à vera dissideat, quemadmodum aliâs dicetur aptiùs. Nunc enim Verbum Dei per Euangelicos esse adulteratum de-

CAP. XII. *Alios quosque Euangelicos deprauare & peruertere scripta tam Diuina q̃ humana.*

*Illud falsi crimen Illiricus obijcit Melanchthoni: & diserte Hesbusius agnoscit flagitiũ, lib. de præsen. corpor. in cœna.*

monſtramus. Quòd dudum de Luthero fuit oſtenſum, Caluinus Michaelem Seruetum eiuſdē inſimulat ſacrilegij: quòd quędam Eſaiæ teſtimonia delendo corruperit. Rurſus, quòd anno 42. Biblia Lugdunenſia ſuis ſcholijs adulterarit. Sebaſtianum verò Caſtalionem Theodorus Beza atrociſsimè ſanè, etſi ſuppreſſo nomine, criminatur, ꝙ ſua in verſione quædam (inquit) ſacrilega audacia detrahit, additque; Rurſus quædā deprauauit, peruertit, corrupit, quemadmodum in No. teſt. annotationibus videre eſt fol. 190. 689. 702. 678. 700. Baſil. apud Barb. an. 59.

*Seruetus quomodo Biblia deprauarit*

*Acta Serueti fol 161 & 222.*

*Sebaſt Caſtalionis uerſionem Bezæ grauiſs. criminatur*

Quid his reſponderit Caſtellio, itemq; quid Bezæ talionis loco non obiecerit modò, ſed exemplis luculentis conuicerit, alibi dicemus fuſiùs. Iam Anglicanam Noui teſt. verſionem quàm fœdè corruperint illi duo Apoſtatæ Angli interpretes, olim. R. Cuthebertus Tonſtallus Londinēſis Epiſcopus ſuis demonſtrauit pro concione, adfirmās

*Bezæ uerſionem accuſat Caſtellio.*

*Anglicana uerſio quàm fuerit adulterata.*

ſeſe

sese suprà duo milia deprauationũ, atque peruersionum vno illo in opere deprehendisse. Nostratium porrò versionum vitia omitto, quòd sint vt innumera, ita indiès varia magis ac varia. Cæterùm vt res omnis extra controuersiã sit, vnum promemus exemplum, quod meridiana luce clariùs istud Euangelicorum studium minimè Euangelicum Orbi demonstret. Cùm peccatis excæcati in reprobam sint traditi mentem, acceptæ peccatorum pristinorũ veniæ obliti, maxima cum Christi Saluatoris iniuria simul & blasphemia, omnia Christianorum etiam opera quãtumuis bona, volunt esse peccata, quò sic vel proprio iudicio condemnati æternùm pereant; Nouæ isti blasphemiæ, quia verbi Dei deest testimonium, audi quæso quánam arte suũ statuere conentur figmentum. Ex Hebræo enim se se vertere mentiuntur, Tibi solùm pecco, hoc est, ait Brentius, quicquid ago, pecco. Sic & Melanthon locis Com.

*Germanica & Gallica noua Testamẽta, quàm sint corrupta.*

*Nouis suis dogmatibus nouas ex Hebræo ac Græco fingunt versiones, cum fonte ipso pugnantes.*

*Psalmos corrumpũt Euãgelici.*

an.52. Isti cùm Hebraiſmi nõ omninò fuerint rudes, contra artem omnẽ, contra cõſcientiam vocẽ Soli peruertunt in tantummodò. Eſt enim in Hebræo clariùs quàm vt vel rudimentarius ignoret, Tibi ſoli, lechá leuáddecha. Eiuſdẽ perfidiæ eſt illud Zvvinglij, Verbũ caro facta eſt: Qui ſcribens cõtra Lutherum nolebat ſimpliciter (inquit Lutherus lib. de Concil.) legi, Verbum factũ eſt, ſed facta eſt. Ratio, quia Deus non poteſt mutari in corpus. Sed hoc de loco inferius. Tandémne, Dubitanti, conſpicis, Verbum Dei per Lutherum aliosq; Euangelicos reſtitutum ne ſit, an adulteratum? inſtauratum, an corruptum & deprauatum?

*Tibi ſolùm pecco.*

*Verbum caro facta eſt, uertit Zuuinglius*

DVB. Si olim Marcion veteribus dictus fuit Mus Ponticus, quòd pauca Scripturarũ arroſiſſet loca, ſuisq; Dogmatibus diſſentientia deprauarat, equidem non video quodnam iſtis Lutheri, aliorumq, nefarijs flagitijs abominandisq; ſacrilegijs dignum inueniatur

tur

tur vocabulũ; quibus non modò Scripturas aliquot vocibus conati sunt corrumpere, peruertere, adulterare: verumetiam epiſtolis totis, adeoq́; libris compluribus accidere, decurtare, expilare.

CON. De nomine non eſt quod laborem9 anxij. Viderint iudices an Stellionatus, an aliud ſit crimẽ, Nobis aliud eſt in præſentiarum inſtitutum, vt tu ſemel iſtis Dubitationum vndis ereptus atque erutus, perſpicuè agnoſcas, quàm verè ſit Verbum Dei per Lutherum Germanijs non reſtitutũ, ſed adulteratum, atq; more priſcorum hæreticorum corruptum. Vti eñ olim Theodorus Coriarius Scripturis diuinis authoritatem abrogauit, & eas quas ipſemet recepit, corrupit: ſic & Lutherum feciſſe vides, quò vtrobiq; eundem agnoſcas Spiritum illum homicidam, & adulterum magiſtrum.

DVB. Poſsét ne hoc etiam aliunde commonſtrari?

CON. Certè, si alia quoq; ab eo con sideremus renouata dogmata.

DVB. Demiror num præter dicta nuper, alia quoque Lutherus innouando deprauârit?

CON. Quòd de impio dixit Sp. Sanctus, quòd tanquam mare feruet, hoc in Luthero videre est. Non enim contentus purissimum Christi lauacrum S. Baptismum turbasse, Spiritum Christi verè mundantem & sanctificantem negando atque exturbando, ad alia quoque Christi Sacramenta conuersus, impuro, imò rabido illa ore dilaniauit. Verùm hæc paucis exponemus.

*Alia Religionis dogmata per Lutherum deprauata.*

Posteaquàm Christo, eiusq; seruis Præpositis, Episcopis, suisque superioribus iuratam negare obstinato animo constituisset obedientiam, totus Sathanæ traditus ex spirituali carnalis factus, matrimonium vt sibi, suisque similibus subantibus porcis conuenientiùs commendaret, initiò illi Sacramenti nomen cum Armenis detraxit.

*Matrimonium Christianum per Lutherum, alioq; Euangelicos re uera sublatum & abolitum.*

Nam

Nam humanum esse inuentum docet Capt. Babylonica. Mox cum Iouiniano benè curata cute Gallo Virginitati præposuit. Imò eam in libidinem homo salacissimus mox exarsit, vt concubitum doceret nō modò æquè ac cibum, potumq; necessarium: sed etiam vtrunque à Deo esse præceptum, Epistola ad præpositum Luneburg. Imò adeò Mahumeticè coniugatis suis suibus ad subandum libidinis frœna laxauit, vt impudentissimis verbis iste Christi, quem sese iactat, Euangelista & Elias tertius legem tulerit Sardanapalicam, Vxor si nolit, ancilla venito. Sic enim extat ad verbũ in sermone Lutheri. Cæterùm ne quis tam Euangeli- *To. sexto* cæ legi credat deesse causam, cur non *fol. 77.* pari datur dedecori (ait epist. ad Præpos. Luneburg.) vxorem ducere, & cibum potumúe sumere, cùm vtrunque fieri cogat necessitas, & Deus vtrunq; ex æquo præcipiat? Istam beluinam concumbendi, subandíque animo suo

carnali perſuaſam neceſsitatem ſuo vt comprobaret exemplo, poſt varios cõtra vota Deo facta libellos, quibus ſe, aliosq́; Apoſtatas ſui voti reos legibus ſolueret, atq; ad illegitimas pelliceret nuptias, veraque, vti Canon appellat Chriſti adulteria, bellam illam Catharinam iam annos aliquot VVittenbergæ varia per ſtudioſorum oſcula volutatam, ſibi vxorem duxit. Imò ante biennium primo illi coniugato Sacerdoti Carolſtadio non ſolùm epithalamiũ cecinit Euangelicum: ſed laſciuus veneris cultor Miſſam quoq;, ſi Superis placet, nouam iſtis finxit nuptijs, ne res tam abominanda, & apud Chriſtianos oĩes ſemper inaudita, immortali quoque apud Germanos careret teſtimonio. Iſthæc, aliaq́; id genus plurima ex Ioanne Huſsio, alijsq́; hæreticis mutuatus Lutherus in Orbem euomuit: quæ ſi quis prudenter pieq́;, pro eo atq; Dei Opt. maieſtas poſtulat, conſideret, dubitare nequit, quin nunc impletum ſit, quod

*Conc. Carthag. 4. Cano ult.*

*Lutheri inceſtæ nuptiæ, an. 25*

*Carolſtadij inceſtæ nuptiæ ſ. Lutheri miſſa celebratæ. Anno 23.*

*Lutherus unde ſua ex ſuxerit uenenata dogmata.*

quod olim Ecclesiæ Paulus Apostolus prophetauit, Intrabunt Lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobisipsis consurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Sic enim ex nobis, hoc est, ex nostris monachis Deo quondam deuotis, Lutherus, Bucerus, Oecolampadius: ex Sacerdotibus Carolstadius, Zvvinglius, Brentius: Ex foro etiam ne quid saltãdæ isti fabulæ deesset, Caluinus, Molinæus, Ottomannus, & ille tam nobilis scelere Beza, vt nunc illam plebeculæ aphyam silentio prætercam Anabaptistarum, Zvvencfeldianorum Libertinorum: ex nobis, inquam, isti omnes Lupi rapaces egressi, iam miserrimè Christi gregem diripiunt, dilaniant, deuorant, donec Deus Opt. sua tandem pietate victus, nostriq; misertus, idoneos Ecclesiæ suæ sponsæ dilectiss. reddat Pastores, nostris assiduè peccatis depulsos, qui erraticas illas reuocent, dissipatas colligant, semilaceras sanẽt,

*Acto. 20.* *Lupos uarios in Christi oues grassari.*

fœmineces ac propè deuoratas viuificét saluandas.

DVB. Optarim nunc, Cóstanti, post isthæc Lutheri nouata dogmata, in Christum cùm iniuria, tum blasphema post eius in verbum Dei scriptum sacri lega adulteria, post impias suppilationes atq; nefarias corruptelas, audire tandem noui istius Euangelij fructus perniciosasq;, Germanijs per eum inflictas calamitates.

*Epilogus lib. I. cum transitione ad secundũ.*

CON. Huc & ego propero, nisi videbitur antè paucis commemorandum, quæ nam ex Lutheri spiritu: aut veriùs ex Apocalyptici istius Draconis ab Euangelista prædicti, veneno orbi prodierint sectæ, quæ item priscæ hæreses per eũ eiusq; discipulos sint renouatæ.

DVB. De his breuiter audire non fuerit ingratum, nisi te nimiũ isthæc diutina fatiget deambulatio.

CON. Si libet hîc cósideamus, aut si mauis ad limpidũ hoc Viuarium stantes procũbamus. Nã cùm obambulá-

re

re cum Peripateticis non licet, ſtare malo, quàm deſidere: quod valetudini ſtudioſorum hominum hoc illo magis obeſſe tradant medici.

DVB. Equidem fatigatus ſedere malo, quòd ſic ſuauiùs fatigatum quieſcat corpus.

CON. Aliam tu viæ rationem ſequeris, quam nõ ita facilè hoc vel illud offendat. Sed quia vtrumq; noſtrũ plus ſatis video exercitatum: craſtinũ ſi videbitur diem ad animorum & corporũ calamitates nouo iſthoc Euangelio Germanijs, Gallijsq; per Sectarios inuectas, contemplandas demus.

DVB. Placet ſanè quod ſuades. Nam & interiecta noctis quies nos rebus adeò triſtibus tetricisq;, ac, prô dolor, nimium tragicis dabit alacriores. Vale igitur incolumis.

CON. Et tu valebis in craſtinũ, fauſtam noctẽ tibi Chriſtus concedat propitius. Cras ſi te hîc offendero, pro virili promiſſa præſtabo.

DVB.

DVB. Ita conſtitutum habeo, nec per me ſtabit, quin fiat quod diximus, Vale.

FINIS LIBRI PRIMI DIALOGOrum *Dubitantij de uera per Chriſti Euangelium & Salutis uia.*

# LIBER SECVNDVS DIALOGORVM DE VERBO DEI PER VARIAS EVANGELIcorum *ſectas adulterato, per Iudaiſmum, atque Mahumetiſmum Germanijs Gallijsq́; inuectum, contaminato ac deprauato.*

DVBITANTIVS.

QVòd te iſthic ad limpidiſsimum iuxtà ac amœniſsimum viuariũ, vti addixeras, offendam, gaudeo. Cœptum heri perge, quæſo, præſtare promiſſum.

CON. Equidem meo non defuerim officio, ſi quid tuæ ſaluti promouendæ adferam vnquam idoneum.

DVB. Isthoc seculo tot variarũ opinionum vndis procelloso atq; periculoso, nihil mihi persuaserim salutarius, quàm inter adeò varias Euangelicorũ factiones rectam, certamq; scire ac tenere salutis æternæ per Christi Euangelium viam. Hanc mihi porrò demonstrare obsecro perge.

CON. Hæc sese prodet ipsa facilè, vbi istius noui Euãgelij fructus, sectas varias, calamitates incredibiles, iam nũc Germanijs, Gallijsq; inuectas perstrinxerimus: quibus Deus Opti. nostris Catholicorum, imprimis verò Ecclesiasticorum flagitijs iustissimè offensus, nunc temporis suam exagitari, ac tantùm non dilacerari sinit Ecclesiam. Posteaquã enim Sathan Dei Opti. permissu, peccatis Christiani populi ita efflagitãtibus, horribilem istum in Catholicam Christi Ecclesiam impetum facere fuit aggressus, varijs eã modis oppugnare nõ desinit. Si enim vna nõ succedit via, aliam tentat, mox deinde

*Cur sectæ tam uariæ nunc grassentur.*

inde

inde aliam & aliam, donec tãdem aliqua miseros quàm plurimos in suam pertrahat æternæ perditionis nassam. Sicuti enim vides hoc in viuario piscibus varios tendi laqueos, hic sagenam minitari periculum, illic pueros hamo insidiãtes, alibi nassas tendiculasq; latitantes: rursus varios illis mergos, quos Schóluaros dicimus, præsentissimam adferre incautis perniciem, quòd sub aquas ingressi natitantes & discursantes imo de fundo rapiunt, quos apprehensis rostro anguillis emergentes vides tandem, licèt reluctantes & crispantes deglutire: Sic ille humani generis hostis implacabilis Sathan, non desinit omnes attentare rationes, quibus miseras à Catholico Christi grege auulsas ouiculas rabidi more lupi dispergat, rapiat, perdat. Ad hanc rem sibi quidem, quo est in Christianos infestissimo odio, vtiliter, illis verò exitialiter conficiendam nullum nouit Veterator hoc tempore stratagema apti-

*Quantum Diaboli studium ad dispergendum Christi gregem.*

us,

us, quàm varia Euangelij titulo spargere doctrinarum genera mirè in speciem plausibilia: quorum saltem aliquo incautos fallat, imperitisq; fucum faciat. Ex tam varijs enim erroribus ad plebeculæ adulationem, & carnalium hominũ gratiam Euangelij Larua renouatis facilè aut hic, aut ille arrideat, & applausum eblandiatur. Si enim animus ab adulterio cuipiam, aut diuortio abhorret, non ita ab Vsuris: Si ab Anabaptismo, non ita à Caluinismo. Si ab hoc quoque, non ita à puriore illo Lutheranismo, aut forte à Libertinismo, aut alio quopiam laqueo Euangelico. Omnes enim Veterator ille pertẽtat fallendi rationes. Sed quæ est Dei Opt. benignissimiq; patris suos in filios inexhausta pietas, hoc ipsum diaboli commentum, quod in hos instituit, machinatusq; est multò callidissimum iuxtà ac perniciosissimum, id ille suis electis vertit in bonum. Quòd enim obiter dudũ diximus, hinc te li- CAP. II.

quidò

*Remediũ contra ſectas eſt tam uaria ſectarum diuerſitas quarũ quælibet alterã hereſios condemnat,*

quidò deprehenſurũ confidimus, Deũ Opt. etſi populo ſuo iuſtſsimè iratiſsimus haſce omnium ſanè flagellorum ſuorum acerbiſsimas inflixerit plagas, quibus tot pereunt animæ, quot nouis iſtis erroribus moriuntur infectæ: tamen electis ſuis ouiculis hoc admiſcuiſſe remedij, vnde admonitæ illas pſeudoheliæ Lutheri, & aliorum pſeudoeuangelicorum ad vnum omnium abominationes facilè effugiãt, quòd mutuo inter ſe diſsidio mox ab initio, & quo vlterius, hoc magis prodũt manifeſtè quo agitẽtur ſpiritu: nũ illo Chriſti, qui non diſſenſionis, ſed pacis eſt Deus: an illo veriùs Antichriſti, qui omnis diſcordiæ author contra Chriſtum ſuo Dño diabolo varias colligit Synagogas. Vt enim ille Chriſti ſpiritus veræ Eccleſiæ Dei Catholicæ promiſſus fideles omnes vnius facit cordis & animæ, hoc eſt, eiuſdem fidei, atq; de Deo rebusq; diuinis ſententiæ, ſic vt de eiſdem omnes ſemper dicant ſentiãtq;

eadem

eadem: ita non poteſt nõ eſſe Antichriſti ſpiritus, qui à fidei vnitate ad varias adeò ſectas, ab vna Chriſti Eccleſia in diuerſas adeò Synagogas variè adeò diſſectas inuitat, ſeducit, inſtigat. hoc autem Antichriſti ſpiritu inconſtantiæ omnis atque contentionis magiſtro vt certum eſt tam varias agitari Euangelicorum factiones, cùm vera multa diſſonantia eſſe nequeant, ſed tam vna eſt veritas, quàm Deus eſt vnus: ita & Euangelicorum omnium patrem Lutherum imprimis fuiſſe eodem exagitatũ, ac propè poſſeſſum eſt indubitatiſsimum, hoc ipſum enim meridiana luce clariùs varia Lutheri ſuo in euangelio demonſtrat inconſtantia.

CAP. III.

DVB. Si hoc mihi luculenter demõſtraris, magnam eius authoritati, qua paſsim Propheta, Euangeliſta, imò ſi Chriſto placet, tertius Elias habetur, detraxeris gloriç portionem. Nõ enim non poteſt eſſe veriſsimum illud Iacobi Apoſtoli, Vir duplex animo, in-

 conſtans

constans est in omnibus vijs suis.

1. *Lutheri inconstantia de Sacramentorum numero.* CON. Tibi perlibenter hanc nauabo operam, quo semel perspicias, quàm iste Lutheri spiritus fuerit varius atque sui dissimilis. Cælestia Christi sacramẽta, quibus salutẽ adfert credentibus

*An.* 15. sempiternam, cùm per Lutherum Satanas constituisset obscurare, defœdare atq; semel, quatenus fieri posset, abolere, cùm anteà Catholicis concorditer

20. docuisset esse septem, in sua Capt. Babylonica Anno 20. vnum esse ait sacramentum, si iuxta scripturas sit loquen

22. dum; mox an. 22. docuit esse duo, vti liquet ex locis Melanchth. Anno 22. & in Catechismo, & ad VValden. An-

*An.* 30. no 30. idem disertè Lutherus scribit. Rursus anno eodem cum Confessione Augustana, quã Melanchthon Lutheri nomine quoq; obtulit, profitetur esse tria, vti declarat Apologia in Confessionis explicationem conscripta.

2. *Lutheri inconstantia de* Sic & de S. Eucharistia diu admodum Catholicè sensit & docuit, adeò

vt in

vt in Confeſsione Auguſtana profeſſus ſit, eſſe corpus & ſanguinē Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, quod teſtes nō modò oculati teſtantur, ſed ipſe quoq; Svvencfeldius Proteſtantibus exprobrat, & fatetur Heshuſius. Verū anno 35. videtur à Bucero in Colloquio Marſpurgen. [illegible]ò ſeductus, vt & panem eſſe cum corpore affirmaret. Taceo quòd Oecolampadius & Zvvinglius ſuā doctrinam Luthero acceptam referunt. Similiter Chriſtum eſſe in Euchariſtia adorandum, Lutherus libro de adoratione Euchariſtiæ docuit: ſed poſteà id eum mutaſſe liquet ex locis Communibus Melanchthonis, & totius ſcholę VVittenbergenſis conſenſu, & VVirtenbergenſi Confeſſ. Communionem vtriuſq; ſpeciei non eſſe neceſſariam diſertè docet Lutherus libro ad Bohemos. & de Capt. Babylō. & ſermone de Euchariſtia. Poſteà verò contentionis ſpiritu abreptus, docuit ſub vtraq; ſpecie omnibus eſſe communicandum.

*S. Euchariſtia.*

*An. 30.*

*An. 35.*

*Vide Confeſſ. Tigurinam. fol. 112.*

3.

*De Chriſti adoratione in Euchariſtia.*

4.

*Lutheri inconſtantia, de communione vtriuſq; ſpeciei.*

5. *De operum necessitate.* Opera ad salutem esse necessaria multis Lutheri verbis ostendit Georgius Maior libro de operibus: Sed ex commentarijs eiusdem ad Galat. liquidissimè Ilyricus & Gallus demonstrant nó esse necessaria. 6. *De Sanctorum inuocatione.* Sanctos esse inuocandos Lutherus affirmat libro de præparatione ad mortem, & libro contra Taboritas. Posteà sanctis gloriam hanc inuidens, ac peccatorum luto cùm defœdasset omnes semel homines, hoc noluit honore illos afficiendos. Porrò quàm fuerit suâ in doctrina varius, tam variæ loquuntur per Germaniã factiones, quæ ex discipulorum eius dissonãtia sunt exortæ: qui suas etsi quoq; addidêre Magistri inuentis opiniones nouas, ne & ipsi viderentur magistrorum nomine indigni: tamen potissima dissensionis capita à Luthero sunt mutuati, vti liquet de Antinomis, Osiandrianis, Maioranis, Muscularis, qui suam Lutheri verbis doctrinam tuentur, quam aut concionibus, aut disputatio-

*Ex uaria Lutheri doctrina uarias esse discipulorũ eius sectas exortas.*

nibus,

nibus, aut ſcriptis eius hauſerant. Certè illud omnem de hac re tollat ſcrupulũ, quòd Lutheri ſcripta toties impreſſa, maximam prę ſe ferant doctrinę varietatem, & indignam nouo Euangeliſta inconſtantiam, Qui enim primam con tulerit editionẽ cum illa anno 52. Rurſus cũ illa Ienæ excuſa, videbit magnã doctrinæ Lutheri non modò diſsimilitudinem, ſed manifeſtam inconſtantiã atq; adeò pugnam, quam pij viri, Epiſcopus Faber, Cochlæus, alijq́; centurijs aliquot Antitheſeôn Lutheri iampridem notarunt, orbiq́; cęcutienti (ſed heu dolor fruſtrà) demonſtrarunt. Imò dux ipſe Saxoniæ Georgius noui iſtius Euangeliſtæ ridens inconſtantiam, ac diſcipulorum eius ſubſannans ſtultitiam leuiſsimam, & leuitatem ſtolidiſsimam, lepido vtebatur apophthegmate, Lutheranos hodie neſcire quidnam die craſtino eſſent credituri.

DVB. Si Lutherus tam fuit in doctrina varius atque inconſtans, mirum eſt

tantum fuisse Lutheri discipulorum numerum.

CON. Imò si vnus, idemq́; fuisset in docendo, non tantum auræ popularis captare potuisset. Dum verò sese in omnē placendi populo transformat speciem, ac nunc hoc, nunc illud aut in gratiam populi aut in Principum adulationem nouaret, meritò est tanta Euangelicorū facta non secta, sed confusio verè Babylonica. Quod vt liqueat magis, non fuerit inutile Catalogū tibi cōmemorare sectarum: non quidem omnium, quibus ne dies quidem sufficiat totus: sed nobiliorum, quæ ex vno illo Lutheri ceu Apocalyptici draconis halitu in orbē efflatæ Christianas passim depascūtur prouincias Euangelij prætextu: quòd sibi quæque cum alterius condemnatione superbissimè arrogat.

*Omnes sectæ sibi Euangelium arrogant.*

CAP. IIII. DVB. Age, ô bone, catalogum istarum nobis contexe sectarum, vnde liqueat, quàm sint inter se concordes Euangelici isti.

CON.

CON. Difficile fuerit, tamen dabo operam, vt ne quid frustrà desideres. Cum captiuitatem quandã Babylonicã Draco ille Apocalypticus nũc Dei per missu solutus, per Lutherum, aliosque Euangelicos istos populo Dei molire-tur inducere, varias paulatim inuexit prætextu Euãgelij sectas per quosdam improbos, qui rem istam Reipublicæ Christianæ pernitiosam, ac Ro. Imperio exitialem, suo procurarent studio. *Catalogus sectarũ ex Lutheri pseudeuangelio natarum.*

Euangelicorum igitur, qui Euangelij istius noui, quod iactitant, doctrinã per Lutherum, aliósue adulteratam sectantur, in tres distinguas commodissimè classes, tametsi tanta sit varietas, confusio, & doctrinæ inconstantia, vt tot existãt ferè factiones, quot capita: tot propè hæresiarchæ, quot sectarij. Alij namque sunt Lutherani, alij semilutherani, alij Antilutherani: de quorũ nobilioribus tantũ dicemus factionibus. Nã si quis oẽs huius fermentati seculi errores, ait Hedio epistola ad Me- *Tres Euãgelicorum classes.*

lancthon. numeret de fide Trinitatis, de Chriſto Deo, Sacramentis, & cæter. fere totidē inueniet, quot ætas habuit Auguſtini, id eſt centū viginti octo. Sed nos telam iſtam exordiamur Sathanicam.

*Prima claſsis Euangelicorum Lutheranorū.*

1. Lutherani, qui impurā Lutheri pſeudomonachi ſectantur doctrinā. Hic ſe Chriſti Euangeliſtam gloriabatur, vti Manichæus ſe Chriſti Apoſtolum; quòd Germania ante ſuam doctrinam, inquit, glorioſè ſuum commendans fictitium dogma, nunquam verū habuiſſet Euangelium. Item tertiū Heliam, vti olim Noëtus ſe Moyſen, & fratrem ſuū Heliam iactabat. Poſt varia, eaq; familiaria cū diabolo habita colloquia, quibus ille argumenta ſuggerebat nouo ſuo pſeudapoſtolo digna: Imò viſiones diaboli cùm alijs in ſcriptis ſæpe iactet, ait Abbas Vet. Cellæ, libro de Miſſa angulari manifeſtè fatetur diabolum eſſe præceptorem ſuum, qui diſputando ipſum docuerit, miſſam nihil eſſe boni. Ab hoc Euangeliſta

*Lutherus Euangeliſta & tertius Elias.*

*Epiſt. ad Ducē Georgium.*

*Lutherus Diabolum ſuum iactat magiſtrū libro de miſſa angulari.*

ſta nouo, cum nihil boni, aut puri expectari poſſet, cũ anteà Ludder infauſto fœdoq; nomine vocitatus, ſe poſteà Lutherum, quaſi purum dixit; quem tamen Eraſmus epiſtola ad Goclenium, ex ipſius ſcriptis ſe deprehendere affirmat virũ eſſe ſceleratiſsimũ. Seditionis verò illius Germaniæ authorem fuiſſe, quæ ruſticorum abſumpſit centũ quinquaginta milia inficiari nequeant Euãgelici. Imò ſi Iohannes Stoltzius in Lutheri defenſione meretur fidẽ, inducit Camerarius Lutherum de ſuis ſceleribus, adeoq; in ſancta (inquit) vocatione deſignatis declamitantem. nam cũ turbarum Germaniæ cauſam auſus eſt proclamare, culpamq; omniũ ærumnarum, quibus adhuc conflictatur reſpublica, in illius transfert contentiones. Iſtum ergo Euangeliſtam Lutherum, id eſt, puriſsimum Euangelij doctorem vocitant. Sed ſimili ſtoliditate olim Manichæum, id eſt, inſanientem, ſui immutato etiam nonnihil infauſto

*Ludder eſt ganeo, & uo luptuarius.*

*Lutherus ſceleratiſsimus teſte Eraſmo.*

magiſtri nomine dicebant Mannichæum, quaſi manna fundentem. Horum variæ ſunt factiones hodie per Saxoniã: vti confeſsionibus ſuis ann. 61. declararunt Mansfeldenſes & Wymarienſes, qui ſeptem ferè Lutheranorum damnant ſectas ceu minus Euangelicas, aut Lutheri dogma non verè ſecutas. Sed qui eorum volunt videri Lutheraniſsimi, ſeſe Confeſsioniſtas à confeſsionę Auguſtana iactitant, quam tamen nũc ſectantur variatam & reuerà deprauatam atque adulteratam à doctrina anno 30. Carolo Quinto exhibita. Quia verò Lutheri doctrinã Illyricus & Gallus à Melanchthone, alijſque accuſant deprauatam, (ſi enim eſſet à Deo Patre, eradicari per homines, imò diſcipulos ipſius non potuiſset) conati ſunt priſtinos ac propè obſoletos Lutheri renouare errores ab alijs condiſcipulis ceu anathema damnatos.

*Confeſsioniſtæ.*

2. Illyricani à Matthia Illyrico homine Sclauo nunc dicuntur, qui eius do-

ctri-

ctrinam contra Melanchthonem & Vvittenbergenſes ſectantur de Seruo arbitrio, quòd opera bona non ſint neceſſaria ad ſalutem ſecundum Lutherum. Hunc inter alia etiam renouaſſe Arrij doctrinam, talemque eum eſſe ab Academia VVittenbergenſi damnatum, teſtatur Staphylus defenſione ſua.

Suffragatur & Georgius Maior Orat. de Confuſione dogmatum ann. 70. habita. De Samoſatenica Meretricula in theatrum per Seruetum reducta, & per Valentinum Gentilem Blandratam, aliosq; Caluiniſtas apud Sarmatas, Tranſyluanos, & Pannonios propagata loquutus ita ſubtexuit. Nec obſcurè, ait fol. 3. ante aliquot annos idem virus renouauit Flacius in vicina Parthenope, vt literæ eius teſtantur. Sed orthodoxorum aduerſationibus territus, ſeſe repreſsit: Nunc verò audacior factus ſucceſsibus, tetrè ac impiè idem virus denuò ſpargere incipit.

Non

Non enim profectò aliud ſibi volunt verba iſta, quæ audacter in edito volumine gloſſæ compendiariæ in nouum Teſtamentum inſeruit, filius, inquit, per quandam Metaphoram vocatus λόγος, ſicut ſimili fortè hebraiſmo dici poſſet Baptiſta nominatus vox. Tale eſt autem & illud, quod expreſſe reijcere ac condemnare audet piæ vetuſtatis declarationem, quę dixit λόγον ſic vocari, quia ſit imago Patris cogitatione genita.

Idem Flacius & Manichæorum blaſphemias renouat teſte Georgio Maiore. Dum enim (ait oratione mox commemorata) Peccatum ſubſtantiam facit, vel ipſam etiam animam rationalem: Dum imaginem Diaboli cordi humano eſſentialiter dicit impreſſam, atque informatam eſſe: Dum naturæ humanæ corruptionem fingit eſſe trāſmutationem Phyſicam in nouam Subſtantiam, perinde vt in Phyſicis alia noua ſubſtantia generatur per corruptionem,

nem,priore prorſus abolita. Dum hominem ait tantùm Dei creaturam eſſe ratione primæ creationis , nunc verò poſt lapſum aliam eſſe,& nouam hominis ſubſtantiam effectam à diabolo, ſic vt rectè dici poſsit: Hominem non renatum eſſe opus diaboli, conditum à diabolo.( hæc ſunt enim ipſius verba.) Hactenus ille. Ad huius Illyrici claſsicum etiam Manſueldenſes eccleſię ſuã edidêre confeſsionem contra Vvittenbergenſes & Lipſenſes.

Maiorani à Georgio Maiore, qui à Luthero è ſtercore erectus,ait Stoltzius, horrendum in eius patria peperit monſtrum,docens opera bona ad ſalutẽ neceſſaria,etiam infantibus, vt eſt in Genealogia Lutheri. Hi alia Lutheri loca promunt,quibus contra Illyricum pugnant. Iſti Lipſiæ regnant, & Vvittenbergę: quibus ſeſe opponunt Ienenſes & Manſueldenſes. 3.

Antinomi Ioannẽ Iſlebium Lutheri ciuem ac diſcipulum ſectantur magiſtrum, 4.

ſtrum. Hi dogma ſequuntur legibus diuinis contrarium, ait Querela Lutheri, legem operum reijcientes, finguntq; homines contra conſcientiam iuſtos eſſe. Aiunt enim, teſte Luthero libro de Concil. Si es adulter, ſcortator, vſurarius, auarus, aut alijs pollutus peccatis, ſi tantùm credis, ſaluus es. Iſti legem nolunt doceri in Eccleſia neq; peccata ex lege argui.

5. Mansfeldenſes, qui confeſsionem ſectantur comitum Manſfeldenſium Iuniorum, quà vt nouam Lutheranis inuehunt doctrinam: ita non paucas Lutheranorum damnarũt ſectas. Inter alias verò adiaphoriſtas, aſſertores bonorum operum, defenſores liberi arbitrij ſiue Melanchthonicos, Oſiandricos, Stancarianos.

6. Ienenſes, qui Ducum Wymarienſiũ Confeſsionem profeſsi, doctrinamq; Illyrici amplexi, nouem Lutheranorũ ſectas damnant, inter quas recenſent Vvittenbergenſes & Lipſenſes.

Oſian-

Osiandriani ab Andrea Osiandro, 7.
qui & sibi spiritum istum videbatur na
ctus Euangelicum, id est dissensionis
magistrum, vnde nec Lutheri vestigijs
consistere potuit, tametsi plurima Lu-
theri loca ad suæ doctrinæ confirmatio
nem adduxerit. Docet aũt hominem iu
stificari non fide, sed essentiali iustitia
Christi in nobis habitante, vt non sit
gratiæ in credentibus, sed naturæ, ait,
Querela Lutheri.

Stancariani à Francisco Stancaro Mã- 8.
tuano, qui Osiandro se opponens dum
Christi defendit humanitatem, per quã
iustificamur, in contrariam incidit hę-
resim, ait Palladius, & Christi diuini-
tatem cũ Arrio persequutus est, eumq; *Catalogus*
ait Rabinorum cõtagijs infectum. Do- *hæreſeon.*
cet aũt Christum esse iustificatorẽ, ait
Staphylus, iuxta solam naturam huma-
nam exclusa diuinâ. Sed isti in tertiam
forte reijciendi sunt classem Euangeli-
corum, quod cœnam domini volunt
præberi tanquam corporis arrabonẽ.

Mu-

9. Musculanos dixeris, qui Andreę Mu sculi dogma sequuntur. Is in duos superiores illos inuectus, docebat Christū esse non modò secundum vtramq; naturam iustificatorem, sed etiam diuinā eius naturam in cruce & passam & mortuam, in cuius blasphemiæ confirmationem libellum edidit nomine Lutheri idem affirmantis: quod & ex libro Lutheri de Concilijs queat confirmari.

10. Iustificatorios haud immeritò appelles omnes, qui Lutherum sequuti magistrum, de iustificationis modo dissentiunt. Ex varijs enim sui hæresiarchæ verbis & inconstantibus, varium quoque discipuli concipiebāt sensum. Cū enim Osiandro se opponerent, Dux Prussiæ à xiiij. Lutheranorū Prædicantibus (sic enim nunc gaudent illi appellari pastores sectarum) iudicium petijt super Iustificationis modo, qui omnes ecclesiarum suarum nomine ita respon derunt, vt plus esset ipsis inter se, quàm cum Osiandro, mutuæ dissensionis. Pri

uatam

uatam enim quisq; iustitiæ definitioné obtrudebat, omnes contrariam, nullus Catholicam.

Pfeffingeri à Iohanne Pfeffingero, II.
qui pastor Lipsensis vnà cum schola Lipsensi Pelagij renouauit hęresim. Publica enim illum definijsse disputatione ait Nicolaus Amsdorffius; hominē suis naturalibus viribus assentiri verbo, promissioné apprehendere, & spiritui sancto non repugnare posse. Heshusius docet defensione contra Caluinū, Lipsenses & VVittenbergenses Theologos palam adserere συνεργίαν, & cooperationem humanæ voluntatis in conuersione, qua homini non renato tribuitur facultas sese applicandi ad gratiam, & verbo Dei ex sese assentiendi. Isti & suum edidêre Interim, quo vetetem Lutheranismum mirificè interpolarunt. Cæterùm Lutheri sectam esse Lutheri secta 34.
circiter in triginta quatuor sectas diuisam, ait Bredenbachius in Psal. 67. quæ se mutuum editis libris oppugnát, præ-

ter eas, quæ in indocta plebe latent.

Plura enim Lutheranorum deprehendes genera, si, vti ait Cleinvvitzius, supputes varias præsentis corporis domini in Eucharistia sententias. Alij em̃ adesse, alij inesse, alij subesse, alij esse cũ pane, alij circa panem. Alij deniq; aliter nouum Lutheri figmentum efferũt. His alias adde Lutheranorum sectas, quæ suam, quam dicunt, Missam Euangelicam aliter atque aliter celebrant. Alij semilatinam, alij habitu laico, alij ecclesiastico: Aliter deniq; VVittenbergæ, aliter Norinbergæ, aliter per ducatum VVirtembergen. aliter per Brãdenburgen. aliter per Bauariam superiorem.

Sunt & qui Eleuationem S. Eucharistiæ retinent, vt testatur Cleinvvitzius contra Heshusium: Sunt & qui aboleuerunt hunc ritum, ait Heshusius.

12. Pastillarij sunt, qui corpus quidem Domini præsens in S. Eucharistia fatentur, sed in pane aut sub pane, vti fe-

rina

rina in paſtillo, aut pillulæ in ouo reconditæ. Sic quatuordecim illi Paſtores Sueuici, quorum tunc Brentiũ fuit anteſignanus, cùm Oecolampadius oppugnarent communi ſcripto, cui Syntagma faciebant nomen.

NVNC AD SECVNDAM VEniamus *Euangelicorum claſſem.*

SEmilutheranos dicimus, qui Lutheri placitis ſua quædam noua Euangelij prætextu aſſuunt. Horum varia eſt natio, ſed primas facilè ferunt Interimiſtæ, qui duplicis ſunt generis. *Secunda claſsis Euãgelicorum Semilutheranorum.*

Alij enim Interim Auguſtanum ſectãtur anno 48. confectum, vbi poſt mortem Lutheri falſi quidam fratres, ait Palladius (de ſuis loquens Euangelicis) iniquitatis mercede conducti, cum aduerſarijs (Catholicos dicit) conuenerunt & libellum Interim, ait, compilarunt. *1. Interimiſtæ.* *Catalogo hæret.*

Alij dicũtur Adiaphoriſtæ ſiue Lip- *2.*

 ſenſes,

2. sensses, ab Interim Lipsensi, quod adia-
*Adiaphoristæ.* phora, id est, indifferentia, habeant ec-
clesiæ & conciliorum constitutiones
atq; cęremonias, quas qui vel obseruat,
vel violat, mutátve, nihil peccat. Horũ
*Confessionæ puræ doctrinæ.* disciplina plurimos nacta est discipu-
los, quos Amsdorffius scribit simulare
& dissimulare omnia, atq; se compara-
re, quasi Imperatori obtemperent, in
eiusq; gratiam Missam, & veterem re-
ligionem rursus amplexos fuisse, neq;
id tamen facere, ac nihilominus in Lu-
theri disciplina permanere velle.

3. Lutherosiandriani, siue Brentiani, à Ioanne Brentio dicti, qui Lutherum Osiandro conciliare student: is enim Epistola ad ducem VVirtembergensem anno 52. docet cum Luthero contra Osiandrum, hominem hac in vita imputatiuè haberi iustum, & post hanc vitam cum Osiandro contra Lutherum affirmat hominẽ oportere eadem iustitia, qua Deus essentialiter iustus est, iustum reipsa fieri. Hunc sectantur

Theo-

Theologi Tubingenses, teste Staphylo in defensione.

Lutherozvvingliani, qui Luthero cum Zvvinglio, hoc est, albo cũ nigro conuenire posse sibi persuadent. Huius sententiæ accusatur passim Melanchthon, rectè Cothurn⁹ germanicus ideò dictus: qui sub finem vitæ à suo Helia Luthero tantopere veri Euangelij nomine tam diu prædicato ad Zvvinglium, pridem licèt hæreseos à se notatũ, adeoq́; scriptis suis oppugnatum, desciuit, disertis verbis in iudicio suo de cœna Domini ad Comitem Palatinũ, Anno 58. Brentium quoq; huius à Lutheri Euangelio defectionis accusat Amsdorffius, quòd noluerit condemnare Zvvinglium, sed cũ Luthero conciliare moliatur, præfatione in librum Iaco. Andreæ, horum sectam. 4.

*Confessione puræ doctrinæ.*

Vbiquetij non immeritò appellentur, qui vbiquitatem corporis Christi fingũt. Cùm enim nec Caluinistis, nec Catholicis consentire de Christi cor- 5.

pore velint, nouum opinionis portentum Germanijs inuehunt, adeò vt non dubitent affirmare, Christũ secundum corpus etiam in inferno adesse præsentem, si fidem meretur Micronius respōso ad VVestphalum. Ioannes Boedeker Bremensis, docet Christi humanitatẽ vnà cum diuinitate esse præsentem in cœna sacra, in Baptismo, in verbo, in omni deniq; cœtu, in nomine Dei ritè congregato. An non iste sub Lutheri nomine Caluini ludit fabulam? Hanc blasphemiam olim Zvvinglius Catholicis non erubuit mendacissimè affingere, qui asserant humanitatem Christi vbiq; esse, sicut diuinitatem: quod nullus omnium sensit Catholicorum, sed Christi corpus docemus esse pluribus in locis simul, non sua quidem natura, vti est diuinitas vbiq; per naturam & maiestatem, sed sola Dei voluntate, cui non est impossibile omne verbum.

*Infundas mentis Cœnæ Domini*

6. Bellianos à Bellio Montfortio dicit Beza, sed errorem nō attingit, nisi fortè

tè quòd hæreticos ſcripſerit cõtra Caluini doctrinam non occidendos.

Heshuſij, à Tilmãno Heshuſio, quẽ Caluinus Seruetianũ infamat, Boquinus, Arrianum: V Vilhelmus Cleinvvitzius verò præter peculatum plurimis de fidei capitibus accuſat: quibus hoc anno ſua reſpondit defenſione, obiecta inficiatus, niſi quòd illud, Trinitas eſt vnitas, negat ſe meminiſſe, an dixerit in lectionibus: cùm ita diſertè doceat, de præſentia Chriſti corporis in cœna, obiectione quinta. 7.

Melanchthonici, qui Lutheri doctrinam profeſſi, illam deſerentes, Philippum Melanchthonem ſectantur de libero arbitrio, alijsq; dogmatibus à Lutheri corruptela repurgatis. Hos inſectantur acriter Illyricus cum Vinarien. Eraſmus Sarcerius cum Manſuelden. tanquam puri puti Saxonici euágelij deprauatores. Illum престереà accuſat Illyricus, quòd doceat hominem poſſe ad gratiam Dei recipiendam ſeſe 8.

*Illyricus in libello, B. 6 riche.*

præparare ex puris naturalib⁹ viribus. Sic ex olim Stoico & Manichæo nunc Melanchthon factus est Pelagianus. Vnde illum meritò Cothurnũ appellant, non modò quòd Pelagianiſmum renouet, aut oppugnatum pridem iam aſſerat cum Catholicis liberum arbitriũ: ſed quòd olim ex profeſſo Zvvinglianorum hoſtis, nũc factis & ſcriptis pro Zvvinglio pugnat, immò euertat Lutherum, adeoq́; Euangelicam illam Confeſsionem Auguſtanam ſua manu deſcriptam, atq; in Comitijs Auguſtanis Carolo V. A. exhibitam, & Apologia illa mendaciorum ſcaturigine tunc quidem propugnatã, ſed poſteà varijs modis ab ipſo immutatam atq; deprauatam & adulteratam. Quod falſi crimen ſuo magiſtro Melanchthoni Matthias Flaccus, vti & de alijs Lutheri libris adulteratis, non dubitat impingere libello ſupplicatorio pro Synodo in Saxonia congreganda.

9. *Frontones.* Hanc in claſſem rectè reponantur & illi

illi Euangelici, quos Erasmus dicit per- *Purgat. ad*
frictæ frontis, qui scalpro perfricant *epist. Luthe*
frontem, donec eliciant sanguinem, ac *ri non so-*
mox locum inungunt oleo, itaq; Chri *briam.* 10.
sto initiantur. Istos anno 34. scribit E-
rasmus exortos. His non fuere dissimi
les pneumatici quidam, tametsi pleriq; 11.
anabaptismi spirent Enthusiasmos.

Lutheropapistas vocat Ioannes à Lasco Vestphalum & coniuratos, qui Lutherum sectati, videantur Rom. Pontificis excommunicationem, qua Sacramentarios suis eijciunt synagogis, imitari. Alij enim Lutherani his sunt æquiores, qui nec Zvvinglium damnare sustinent, neq; ab eius loquendi formulis abhorrent, reipsa liquidò declarantes, quid monstri domi alant, si modò per principes, quibus adulatores aduersari non audent, liceret. Certè si vera narrat Heshusius, hoc nomine rectè censeantur Vvittenbergenses & Lipsenses doctores, qui & libris editis docent, Licitum esse suscipere doctrinam

Rom. Pontificis, & omissa Confessione esse parendum impio magistratui. Quid, quod Illyricus cum suis manipularibus præfatione, 5. Centuriæ Historiæ Eccles. Magdeb. ait Lutheranorum quosdam (notans VVittenbergens. & Lipsenses Theologos) suum peccatum sicut Sodoma prædicare, corruptelas & lapsus atroces (doctrinæ Lutheranæ) palliare, immò pro optimis operibus defensare. Multos prætereà, inquit, cessisse Rom. Pontifici, eum esse Oecumenicum, eique iurisdictionem Paradisi, hoc est Ecclesiæ, restituendam esse. Cessio facta est in articulo de Lib. arbitrio in gratiam Papistarum. Cessio facta est, quod principaliter fide iustificamur. Cessio facta est, quòd opera sunt ad salutem seu iustitiam necessaria. Cessio facta est, quòd ceremoniæ Rom. pontificis sunt recipiendæ, tãtùm vt crux auertatur.

*Illyrici querela de Lutherum apostasia.*

*De hoc uide acta colloquiũ Aldeburgen. anno 69.*

Sic Illyricus de suis syneuangelicis Lutheri titulo gloriantibus. Ex quibus

alijsq;

alisq; causis infrà commemorandis Lu- *Vide lib. 3. cap. 11.*
theri Euangelio repentinum ominatur, diuinatq; interitum, Tragicum exclamans, Perit, idq; repente, veritas (per Lutherum) patefacta. Tales quidem habet Germania superior, qui syneuāgelicorum censura vtrique parti placere student. Verùm sunt & per Belgium nō obscuri nominis, qui sese, velut loquuntur, neutrales gerunt, qui in Catholica & Romana permanentes, quod verbis quidem aiunt, Ecclesia, de fœdis aliquot eam repurgare conantur erroribus. Si de hominum moribus satagerent corrigendis, nos sanè vltroneos haberent suffragatores: Iam cùm erroris notent, quod erroris est vacuum: Rursus pro euangelio arripiant, quod Euāgelio est cōtrarium, homines miseri frustrà sensu carnis suæ inflati, aliud consequuntur nihil, quàm vt ab vtraq; parte audiant malè, ac à neutra pro suis agnoscantur: vtrinque reiecti, vtrinque damnati, ac ferè proscripti. Vnde verè

Semi-

Semicatholici appellētur, quòd ista ꝓfessio ad salutem non plus ipsis profuerit, quàm Iudæis vnum eundemq; Deum colentibus veri Dei cognitio atq; cultus Iudaicus. Qui enim nō est mecum (ait veritas Christus) contra me est: qui contra Christum est, Dei filius, nedum hæres Dei, aut cohæres Christi esse nequit.

*Tertia Euangelicorū classis, quæ est Antilutheranorū.* Sed iam ad tertiam descendamus Euangelicorum classem. Ea habet Antilutheranos, qui Lutheri occasione ab Ecclesiæ doctrina dissentientes dogmata sectantur Luthero contraria.

1. *Sacramentarij Carolstadij.* Horum famosissima est factio sacramentariorum, qui ab Andrea Carolstadio Archidiacono Vvittenbergensi originem ducunt, quòd is teste Melanchthone *Con. ad Coloss.* primùm disputarit, non esse præsens in cœna corpus Domini, primumque de Eucharistia excitauit tumultū *An. 24.* anno 24. verba Christi in hunc detorquens sensum, Corpus meū, quod pro vobis datur, est hoc, quod hîc asidet mensæ;

mensæ. Verùm cùm insulsa eius interpretatio verborum cœnæ Domini non placeret discipulo Hulrico Zvvinglio Canonico Constantiensi, nouã sectabatur sententiam de Eucharistia, quam sese in Battaui cuiusdam epistola, teste Heshusio, reperisse fatetur, vbi Est pro Significat accipiendum didicit: quod prodigiosum commentum exemplis è scriptura petitis cùm nec sibi, nec auditoribus persuadere posset, narrat sibi in somno visum adesse monitorem (ater fuerit, an albus, inquit in subsidio de Euchari. nihil memini) qui diceret. Quin, ignaue, respondes quod scribitur Exo. 12. Est emphase, hoc est, transitus? Ita Tilmannus Heshusius contra Cal. & Bezam. Huic errori & alios adiunxit plurimos, quibus Catholicam turbauit Ecclesiam, vti de peccato originali, quòd sit tantũ naturæ morbus, non peccatum.

*Zuuingliani.*

*Lib. contra Caluinum.*

*Zuuinglio arma suppeditat diabolus contra S. Eucharistiam.*

Rursus Christi gratiam cum Pelagio abolitururus, hominem posse solis naturali-

rali-

*Pelagianis- mum renovat Zuuinglius & Nestorianis- mum.*

ralibus virtutibus & meritis vitā æternā impetrare, vt Cato, & Scipio, quos saluatos docet libro contra Vrbanum Regium. Sic Nestorij errorem reuocaturus, volebat legendū esse Ioan. 1. Verbum caro est facta, non factum, vti Lutherus ait libro de Concilijs. Hic tanta audacia in magistrum suum Lutherum insurrexit, vt ipsum hæreticum scriberet, quòd sententiæ suæ de Eucharistia repugnaret: Contrà Lutherus Zvvinglium cum suis habet hæreticū. Vnde acerbissimum inter ipsos, suosq; vtrinque sectatores natum est bellum, quod etsi ter quater conati sint Syncretismo quodam componere, vt acriùs Catholicam Christi oppugnarent Ecclesiam: tamen semper magis recruduit, vti liquet ex maledicis scriptis Caluini & VVestphali, Bezæ & Heshusij, Lutheri & Zvvinglij, cui sua Confessione suppetias veniunt Tygurini illius maledicta retundentes accerrimè.

Cæterum hæc Sacramentariorū do-

ctrina tam fuit vel à ſui exordio variè diſſecta, vt intra biennium in ſex aut ſeptem ſectas fuerit diſsipata, inquit Lutherus ſermone ſuper Sacramento Haganoæ anno 27. Immò infinita penè eſt hac in parte aiunt Bremen. concionatores ad VVeſtphalum, Confeſſ. De S. Euchariſtia, opinionũ varietas apud eos. Vnde fit, vt varia etiam ſortiantur nomina. Iſtorum quidam ſunt dicti Oecolampadiani, à Ioan. Oecolampadio Brigittano apoſtata, qui vt ſuum nomẽ varijs de Græco tranſlationibus audacia planè ſacrilega mutilatis & corruptis contaminauit: ita eum à magiſtris ſuis inter ſe diſcordibus diſſentientem alij ſacramentariorum Duces facilè obſcurarunt, tametſi affectatæ tyrannidis Eraſmus Roterod. eum, vti & Zvvinglium, accuſarit epiſt. ad Goclenium.

*An. 26.* *Secta Sacramentariorũ quã uariæ.*

3. *Oecolampadiani.*

Sanè qui illum Baſileæ nouerunt, teſtes ſint, quantum imperij in magiſtratum ſibi vſurparit: qui eius nutibus non parebat, mox ordine mouebatur:

qui

qui eius auaritiam odiſſet, quòd domum domui, agrum agro copularet, non impunè ferebat. Eius metaphorã ſiue tropum, quo corpus Domini eſſe voluit pro figura & ſigno corporis dudum exploſam, nunc Petrus Martyr recoquere molitur, à quo ſunt Martyriani, quòd Deum negant facere potuiſſe, vt vnum corpus ſit in pluribus locis. Sic Dialogo contra Brentium ſui magiſtri blaſphemiam vincit. Idem P. Martyr cùm alij Zvvingliani Chriſtũ ad diſcipulos Octaua Paſchæ ingrediẽtẽ inducãt per rimã. Caluinus verò illi integras fores aperuiſset, ne videlicet preſſuram vllã tenellũ Chriſti corpus patiatur, hic nouus Antichriſti Martyr per feneſtram introducit, vt verum ſit quod habet Euãgelium, Chriſtum clauſis oſtijs ad ſuos ingreſſum.

*4. Martyriani.*

*Vide Heshuſium contra Caluinum.*

5. Bucerani, à Martino Bucero quondam Dominicano habent nomẽ, qui ꝙ poſteà in Lutheri ſectam iurârit, licèt nec huic perſtiterit fidus, facilè ab alijs

*Bucerani.*

fuit

fuit gloriæ ſtudio ſuperatus. Tanta autem fuiſſe in Euangelio iſto incóſtantia illum ſcribit R. D. Stephanus VVinton. vt hominem appellet plagoſum, quòd inſigniores ſectas ſectatꝰ, vndiq; vapulauit. Nam initiò vbi Lutheri doctrinam reieciſſet, ſeſe ad iurati hoſtis Zvvinglij caſtra proripuit: vnde & in Marpurgenſi diſputatione contra Lutherũ pro illis dimicabat: ſicut & Auguſtæ ſubſcribere noluit Confeſsioni Principum proteſtantiũ Lutheranorum, ſed Argentinenſi. mox mutata veſtificatione, vbi Zvvinglius inter arma parricidalia à ſe cócitata corruiſſet trucidatus, iterum Luthero ſeſe coniungere ſtuduit, à quo pridem falſi etſi publicè notatus fuerat, nunquam tamen ſe purgauit legitimè. Deinde cùm VVicelio iam ad Eccleſiam Catholicam reuerſo nouam contra Lutherum meditabatur pacis & cócordiæ formulam. Etſi autem tam eſſet varius, nunquam tamen ſibi dũ eſſet Sacramentarius placuiſſe

cuisse scribit, Est, pro Significat: & corpus, pro signo corporis: hoc est, nunquam sibi probatum aut Zvvinglij, aut Oecolampadij inuentum, sed sui ingenij, quo erat sanè non omnium infœlicissimo. Vt aũt suis in erroribꝰ erat inconstans, ita illius sententiæ inuentorẽ videtur Michael Dillerus fecisse, quod qui fidem tantùm habet historicam, in cœna nihil quàm signum corporis acci piat. Alberus scribit Bucerum sic esse verba Domini interpretatum, hoc est protestatio & memoriale beneficiorũ Dei. Sanè vt in Christianismo fuit inconstantissimus, ita in paterno Iudaismo constantissimus. Præter vsuras enĩ defensas licitas, etiam Christi aduentum sub mortem narrant oculati testes reuocasse in dubium.

6. *Farellistæ.* Farellistæ à VVilhel. Farello nuncupantur, qui Geneuam cum vicinia suo infecit toxico. Hunc adeò seditiosum metuebant Basilien. vt cũ bis Mõte Pellicardi profugisset, eum in exiliũ abire

*Eras. epist. ad Prin. Infer. Germ.*

abire

abire iusserint. Hic præter Sacramẽtarismum etiã Samosateni renouauit hæresim, Spiritum sanctum affirmans motum in rebus creatum. Ita in Summa Gallicana scripturæ, teste Petro Carolo epist. ad Card. Lotharingum. Verũ captata per illum gloria facilè per discipulos Caluinum, Seruetum, Viretũ, aliosq; illustres Antichristi martyres, disparuit.

Caluinistæ à Ioan. Caluino Picardo Nouiodunensi, nunc famosissimè celebrantur per Gallias, quem à patria sua ob vitæ improbitatem exulare scribit Anto. Demochares, de missę sacrificio. c. 2. Eundem nouerunt nostri, inquit Ioan. Vacquerius Lib. de Tentationibus, inter dissolutos suæ vrbis viros dissolutissimũ, inter incõstantes & fœdifragos incõstantissimũ. Hic igitur Gallicani ingenij fastu, vanæq; eloquentiæ cothurno, ac doctrinæ suæ opinione tumidus, primùm Basileæ delitescẽs, tum Argentorati exulans, ac profugorum 7. *Caluinistæ.* *Caluinus ob uitæ improbitatem exulare coactus.*

 ibidem

ibidem factus concionator, post Geneuensis ecclesiæ arrepta, contra Dei legem pulso Vicecomite & Episcopo, gubernatione, nõ modò Sabaudiam, sed totam adeò Galliam suis infecit, euertit, perdidit blasphemijs. Præter nouũ suæ cœnæ figmentũ, quo Christum, licèt absentem, imaginatur sua tantùm vi & efficacia præsentem per Metonymiam. In quo neq; suo cũ patre Farellô, aut Oecolampadio, neq; suo cum auo Zvvinglio conuenit: quorũ vtrũque reprehendit, quod Cœnam Domini non rectè tractarint, vnde & in culpa esse ait: quod magna animorum offensione Tigurini accipiunt, tanquam in suum Apostolum vehementer iniurium: sed ijs palinodiâ est reconciliatus. Alios quoque errores ab orco reuocat, quos ex plurimis annotauit decem Heshusius. lib. de Eucharistia, quòd animo & factis declarat baptismum pueris non esse necessarium. Narrat enim, noluisse Caluinum puerum imbe-

*Caluinus suos magistros Zuuinglium & Oecolampadium, de Imperitia reprehendit, lib. de Cœna.*

*Eras. Alberus lib cõtra Carol.*

*Errores alij Caluini.*

imbecillem, ac in templum delatum baptizare, ſed vt poſtridie reportaretur mandaſſe, qui intereà eſt mortuus. Rurſus quòd teſtimonia ex Geneſi pro ſacroſancta Trinitate, & Chriſti diuinitate à Catholicis adducta, velut Rabbinorum patronum agens extenuat. Cæterùm quid ſenſerit de Trinitate, in ſynodo Lauſanenſi declarauit, vbi teſte P. Carolo, qui interfuit diſputator, profitebatur ſe Symbolo Athanaſij nec credere nec diſcredere, donec ad ſcripturarum gnomen, (Sic enim græciſſabat) illud examinaſſet: Imò illũ verſum, Alia eſt perſona patris, alia filij, reijcebat, eò quòd græcè eſt Hypoſtaſis, quæ perſonam (inquiebat) non ſignificat. Certè Chriſtum Deum eſſe ex ſubſtantia patris ante ſecula genitum, nunquam extorqueri potuit vt Caluinus cõfiteretur, ſed quatenus Deus eſt Chriſtus, à ſeipſo eſſe affirmabat. Quod an nõ reuera Chriſtum patris eſſe filium neget, ipſe viderit. Sed de his infrà dicetur ap-

*Baptiſmum non eſſe pueris neceſſarium, ut Manichæus.*

*Caluinus Arrianizat.*

tius in renouatis per Euangelicos priscicis damnatissimorum hæreticorũ opinionibus. Inter alias porro blasphemias Caluinus vt hominem cum Manichæis facit brutum, quia non liberi arbitrij: Ita Deum quoque docet impiorum scelera non tantùm permittere, sed operari etiam efficaciter. Rursus Adæ peccatum occulto Dei decreto fuisse ordinatum. Imo diabolum Dei mandato esse mẽdacem. Itaque Deum esse non tantùm malorum, sed peccati quoq; authorem. Hæc Caluini verbis blasphema recitat Heshusius in erroribus Caluini, sub finem suæ confessionis de S. Eucharistia. Vbi inter cæteros priscorum hæreticorum renouatos errores, obseruandum est, Caluinum docere Deum peccati authorem, quod lib. contra Libertinos sui oblitus affirmat à Simone Mago sumpsisse originem.

*Caluino brutescunt homines stoicè.*

*Deum peccati authorem facit Caluinus cum Simone Mago.*

Porrò Caluini nomen nonnihil superioribus diebus obscurare cœperant, qui per Galliam vocantur Hugonistæ, incer-

*Hugonistæ.*

incertum an ab Hugone quodam ludimagiſtello Pariſien. an ab Hugone il lo Capeto ex Comite Pariſien. Fráco-rũ rege, vti Caluiniſtæ per Galliam ſeditioſi libellis in vulgus ſparſis ſuo tumultui pijs Ec. Catholicæ filijs tantum nõ exitium minitanti adeoq; intentãti prætexebant, quo Catholicis principibus Guiſianis, alijsq; aulæ gubernatoribus inuidiam conflarent.

Cæterũ Caluiniſtæ nunc paſsim noui vocitantur Sacramentarij, quod vti ait Confeſsio Manſuelden. noua quadam ſtropha Sacramẽti veritatem eludere conãtur: verbis enim præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti cõfirmãr, ſed reipſa negant. Veterum enim ſacramentariorũ, id eſt Zvvinglij atq; Oeco lampadij dogma reijciunt, qui ocioſum atq; vacuum, externumq; ſignum dicebant eſſe ſacramentum altaris: ſed iſti nunc cum Lutheranis ſimulant ſe conſentire. Confitentur enim, ait Confeſsio Manſuelden. quòd verum

*Noui Sacramentarij cur per Germaniã dicuntur Caluiniſtæ.*

*Caluiniſtæ ſimulant ſe Lutheranis cõſentire.*

*re,cum toto coelo dissen-tiant.* corpus & verus sanguis Christi in Coena verè & substantialiter adsit, sed tamen figuratè & spiritualiter & sacramẽtaliter, Ita vt corpus Christi semper maneat in cœlo. Dicunt enim corpus non posse esse simul pluribus in locis.

*S. Bezani.* Caluinistarum autem noua aliquot emergunt genera, quorum primas facilè ferunt Bezani, à Theodoro Beza Legum Licenciato nominati, qui ob flagitia, amores illicitos, & supplicio dignos concubitus, adeoq; adulteria & infandas libidines, suis etiam, inquit Heshusius, Sathanicis Epigrammatis Martialis & Catulli spurcitias superãtibus, in prostibulo decãtatas, cùm magis suppliciorum metu, quàm religionis amore aufugerit ex Gallia, Lossanna etiam pulsus se Christi martyrem iactat. Certè beneficia illa opima, quibus Parisijs ad septingentos amplius coronatos annuos impinguatus luxuriabatur, ac in vitam varijs libidinum cloacis diffluebat dissolutissimam sese Simoniacè

*Bezam ita depingit Heshusius: quem etiam Epicureũ dicit & blasphemũ scurram. Tantã summam sceleratæ pecuniæ auriq; sacri supputat Beza,*

moniacè vendidisse tantùm nō disertè profitetur, Præfat. in suā Confessionē. *præter fratris beneficia post mortem sibi adiecta.*

Hic vir Religiosus cùm Caluino linguam vendidisset, aduersarijs congressus vbi eius mysteria non posset defendere in eam prorupit blasphemiam, vt Deum neget Omnipotentem. Disertè enim scribit teste Heshusio, Deum non posse efficere, vt corpus aliquod manente substantia, sit absq; loco, vel in pluribus locis. Illud em̄ Angeli axioma, apud Deum nihil esse impossibile, non sine exceptione accipiendū esse, ꝙ factum fieri nequeat infectum, vt bis tria non sint sex. O argutos philosophos, qui Dei Opt. Max. maiestatē ad sua physicæ vix præ insano poëtarū & bonarum literarum studio degustatæ regulas non erubescunt reuocare. *Defensionē cōtra Caluinum.*

An huic nouo Theodoro nouā quoque Diabolus debeat Atheorum coloniam, infrà de Epicuræis dicetur aptius. Negat & pro reprobis esse orandū, nulla peccata esse reprobis venialia,

nulla electis mortalia. Comment. in 1. Ioan. 1.

Inter Caluinistas Heshusius recitat esse, qui doceant Christum nō esse pro omnibus, aut omnium peccatis crucifixum & mortuum, sed tātùm pro fide-
9. libus & pijs. Huius erroris Heshusius
*Boquinij.* insimulat Boquinū; Pincierum & Clebitium, Defensione contra Caluinum. volunt ēm corpus Christi in cœna tātùm ab ijs manducari, pro quibus aiūt mortuum. Itaq; & malos & impios ab vtroq; Christi excludunt beneficio.

10. Alij sunt inter Caluini discipulos, *Martionistæ qui & Richerij.* qui cum Martione carnis negant resurrectionem. Scribunt enim, ait Heshusius, ministrum quendam Caluinianæ factionis hanc suæ Sacramentariæ doctrinæ attulisse causam, Ab esu diuinæ carnis arceri corpora, quòd spes æternæ vitę animas, non corpora spectaret. Hanc certè blasphemiam testatur Nicolaus Villagagno Eques Rhodius, Petrum Richerum Carmelitanum in

Fran-

Francia Antartica, quò se cũ alijs apostatis receperat, scriptis euomuisse.

Hi & modo carnis Christi, quam in Eucharistia se accipere fingunt, à Caluino dissentiũt. Negant enim materialis carnis communionẽ in animas Spiritus irradiatione immitti posse, vnde & Caluini illam Solis similitudinem rident: realem tamen, non corporalem Christi substantiam in animas docent permeare. Esse autem hãc substantiam inuisibilem instar idæarum Platonicarum, vt qui manducare se credat & cogitet, manducet.

Alij transsubstantiationem quandam admittunt, sed hac lege, vt ad panis substantiam addatur corporis Christi substantia, quibus Trans significat præter, qui ad Lutheranismum videntur transfugere. 11.

Alij transsubstantiationem negant, admittentes transconditiationem, vti monstrosè loquuntur. 12.

Alij negant vllo modo edi substantiam 13.

tiam corporis Christi, sed merum panem, qui veterem instaurât Zvvinglianismum, quem damnârat Caluinus libro de Cœna.

14. Alij concedunt corpus & animam nutriri corpore Domini, non quòd verè manducetur, sed hoc fieri imputatione per fidem: atq; eo modo Cœnā aliud nihil esse, quàm memoriale.

15. Alij manducationem non esse necessariam, sed fidem, quòd manducare nihil aliud sit quàm credere.

Alij cum spiritu nos & vi carnis, nō cum ipsa carne participare aiunt.

16. *Caluinistæ Nestoriani.* Sunt & inter Caluinistas, qui publicas respuunt preces: qui occluso ostio se orare dicunt in occulto. Omnes ferè isti Christum adorari debere negāt, sed per hunc esse adeundum Patrem, ideoq; Carni Christi negant diuinitatem, duas in eo naturas distinctas constituentes.

Vnde & Richerus Christum affirmat non in natura humana, sed in Deo

Patre

Patre adorandum: Nec Chriſtum viuos & mortuos iudicaturum, ſed Deú Patrem in filij perſona ad iudicium appariturum.

Alij ſunt, qui Caluini de Prædeſtinatione doctrinam abominantur, quòd viſa ſit è Turcarum & Manichæorum ſchola profluxiſſe, cùm aſſerat Iudam non potuiſſe Chriſtum non prodere, atq; in eam rem fuiſſe prædeſtinatum. 17.

Ex eadem Caluini ſchola, variæ ꝓdierunt impiorum ſectæ, quæ Sacroſanctam oppugnarunt Trinitatem. Tales complures habuit Eccleſia Italica Geneuæ, quorum duces facit libellus Geneuæ editus De actis & impietate Valentini Gentilis, Ioannem Paulum Alciatum, Gribaldum, cuius hiſtrionem ait eſſe Valentinum illum.

Valentiniſtæ igitur à Ioanne Valẽtino Gentili Neapolitano Pædagogo, qui ter quater periurus apoſtata, ait ille libellus Geneuenſium, falli docet eos, qui in vna Dei eſſentia, tres perſonas 18. *Valentiniſtæ.*

nas

nas ſtatuunt. Comminiſcitur enim eſſentiam Dei in ſolo patre. Itaq; illum prędicat ſolum eſſe verum Deum, filio deinde concedit Dei nomen, ſed quaſi præcarium, quia ſit eſſentiatus à Patre, quem eſſentiatorem fingit atq; ἀυτόθεον D. Athanaſij ſymbolum vocat ſophiſticũ, quòd quartum Deũ inducat, cui & triperſonatum Deum exprobrat, eũ appellãs præſtigiatorem, adeoq; ſacrilegum, quòd ſoluat Chriſtum. Patrem ergo ſolũ dicit eſſe ἀυτόθεον, id eſt, à nullo ſuperiore numine eſſentiatum, ſed à ſeipſo Deũ: qui verò filium dicit ἀυτόθεον, is duo aſſerit principia. In ſumma, filium Dei docet impius à Patre differre numero ſubſtantiali, hoc eſt, ſubſtãtialiter alium à Patre. Vnde duas facit eſſe ſubſtantias, ſed filium non habere ἀυτȣσίαν, vti Pater.

*Filius eſſentiatus.*

*Pater eſſentiator.*

*ἀυτόθεος.*

Ita per prophanas vocum nouitates, & falsò nominatæ ſcientiæ oppoſitiones impij iſti ſuum produnt ſpiritum, quo tranſuerſum acti in ſuis con-

consistere nequeunt vel erroribus constantes.

Seruetiani à Michaële Serueto Hispano, quondam Caluini atq; Farelli collega. 19. *Seruetiani.*

Hic nondum annos natus 25. se iactabat vnicum orbis totius Prophetã, teste Caluino in eius actis. In Aphricam profectus Alcoranum cùm didicisset, libros scripsit, qui Ecclesiæ doctrinam in Mahumetismum transformãt (inquit Palladius) Deum esse vnicam personã. Negat in Christo ex virgine nato duas esse Naturas. *Catalogo hæreticon.*

De peccato & iustificatione tantum loquitur, vt Philosophi & Pharisæi.

Samosatenicam meretriculam, ait Georg. Maior, Philosophicis coloribus belle fucatam reduxit in Theatrũ nostro seculo Seruetus, diu in Academijs Mahometicis in Numidia versatus. *Orat. de Confusione dog. an. 70.*

Sp. Sanctum quoque negat esse tertiam personam, ait Eras. Alberus. *Lib. 2 contra Carolst.*

Porrò

Porrò Caluinus cum miniſtris Geneuenſibus, quando eum igni cremandum (licèt ſupplex gladium flagitaret, ac miſericordiam teſte Caluino ingēti precaretur boatu) tradebant, propoſitiones impias 38. & in Deum blaſphemas collegerunt. Confeſsio quoque Manſuelden. eius errores refutat, quos hîc rememorare nō eſt locus, niſi quòd puerorum baptiſma docet pluſquam Mahumeticè, imò diabolicè, eſſe deteſtandam abominationem, regni Chriſti conculcationem, Spiritusſancti extinctionem, ac Chriſti deniq; abnegationem. Vult tamen anno demum 30. Baptiſmum eſſe dandum.

20. *A Laſcani.* Ioānes à Laſco plus ſuis priſcis imaginibus à ſe turpiter defœdatis, quàm doctrina nobilis, ſuam quoque dicit cohortem, qui ne ſuis Magiſtris ingenio cedere videatur, præter alias duodecim, nouam etiam verborum cœnæ Domini fingit expoſitionem: Hoc, inquit, id eſt, non panis, ſed tota hæc cœnæ

næ

næ actio, est corpus meũ. Erasmus Alberus ait hunc duodecim modis verba cœnæ detorquere, Baptismumq́; planè rejcere: qui & affirmet Baptismum esse in idololatriam cõuersum. Is cùm Baro esset Polonicus, superintendentem egit Ecclesiæ Peregrinorum in Anglia. *Lib. 2. contra Carolst.*

21. *Campanistæ.*

Campanistas vocat cõfessio Mansfelden. à Ioan. Campano, qui aliam adfert verborum cœnæ Domini expositionẽ, quàm Carolstadiani, Zvvingliani, Oecolampadiani, Svvencfelliani, aut Caluinistæ. Verùm eius commentum, ob intolerabilem opinor blasphemiam, non recitat. Inter alias eius abominationes ac ridiculos suæ vocationis ad Propheticum officium Enthusiasmos, peruersissimam de filio Dei, & Spiritusancto, quem personã negat distinctam, pertinacissimè tenet atq; tuetur sententiam. Is iam annos plurimos resipiscentiæ spe in Cliuia detinetur frustrà captiuus, cùm persæpe suis deli-

rijs illusus prophetarit, sese certos post dies carcere liberatū iri, quod nisi fieret, sanctè pollicebatur suarum opinionum detestationem atq; palinodiam.

*Hamstedij.* Hamstedij ab Adriano Hamstedio habent originem, qui in Zelandia, & *21.* inde profugus in Anglia, vnde & sen- *Ex actis pub. Lōdi.* tentia Edmundi Londinen. Epi. ab officio suspensus, & ad publicè in Ecclesia die Dñico reuocandum cōpulsus, ac post contumaciam excommunicatus, & in exilium deiectus, sentit, cuique liberum esse infantes sine baptismo seruare ad aliquot annos, nec vllius conscientiam hac in re ad certum tempus astringi posse. Item affirmabat, credere Christum Dominum ex semine mulieris natum, ac humanæ carnis, nostrique generis participem factum esse, nō fundamētum esse religionis Christianæ, sed ipsius fundamenti circunstantiam quandam. Atq; idcirco, qui Christum ex mulieris semine esse negat, is non fundamentum negat, sed vnam ex

fun-

fundamenti circunſtantijs negat. Habuit & alia ad Anabaptiſtas inclinantia, quos ſuæ Eccleſiæ Londini ſtudebat conciliare.

Svvencfeldiani Caſparem Svvencfeldium habent authorẽ, qui ſacroſanctæ Euchariſtiæ veritatem vt nouo modo euertat, verba cœnæ Domini prorſus adulterat, ex Prædicato faciẽs Subiectum, vt ſit ſenſus: Corpus meum eſt hoc, ſcilicet panis vel cibus. Hic prçter ſua ſomnia & Enthuſiaſmos varios, reijcit vocale verbum, ac totũ, inquit Palladius, verbi miniſterium, more Anabaptiſtarum, ſcripturarũ auctoritatem conſringit & conculcat, eas negans eſſe verbum Dei, fidemq; ex eis non pendere, nec ad eas ſe accommodare, ſed eas ad fidem inflecti debere, vti Illyricus ait præfat. in epiſtol. Poſtelli. Idem & Chriſtũ è cælo corpus attuliſſe cum Valentino docet, vt huic & Serueto impingit Beza Cõment. ad Ro. Cap. 1. 23. *Swencfeldiani.* *Catalogo hæreſeon.*

Errorum eius ſomnia, ſeu verius im-

pij animi portenta enumerat confutatque ad 41. Confeſsio. Mansfeldenſiũ.

24. *Poſtellani.* Poſtellani à VVilhel. Poſtello Gallo ducũt originem, qui diſciplinarum Linguarumq; propè omnium exoticarum ad miraculum vſque doctiſsimus, inanes ex Rabinorum & Talmudiſtarum ſomnijs inuexit nænias, quas adeò tetras & abominandas cenſet P. Palladius, vt pijs eas reuelare indignũ ſit, *Catalogo hæreſ.* Anno 50. de Trinitate mundi, corporis & animarum, de Veneta virgine, de Chriſto intoxicato, de matrice mundi, infanda in orbem euomuit. Hic clauem abſconditorum à ſeculo ſcripſit, vbi ſe profitetur declaraturũ, quæ nec Apoſtoli, nec ipſa, inquit, Eccleſia potuit ad hanc diem portare.

In Elia Pandochæo vniuerſas om̃is generis hominum ſectas per Chriſtum ſomniat ſaluandas.

Scripſit & de natiuitate Mediatoris vltima nunc futura: cuius operis authorem diſertè in titulo libri ſcribit Spiri-

tum Christi. Imò in fine præfationis, ait hæc scripta non esse sua, sed Christi, inquit, sensibiliter in nobis suum Euágelium exponentis.

Iactat quoque angelum Raziel varia sibi mysteria reuelasse. Ita phanaticos dementat angelus ille sese in apostolum Christi mendaciter transformans. Huius præcursorẽ fuisse Svvenc-feldium, ait Petrus Palladius Catal. hæreseon.

Trinitarij, qui Sacrosanctã ore blasphemo violant Trinitatem (vti per Bohemiã ait Staphylus) infernalem eam latrantes Cerberum, & per Silesiam Matthias Zarijensis Pastor. 25. *Trinitarij.*

Antimariani, qui Mariam nõ sustinent audire Dei genitricem, ait Hosius. Sed hi fortè ad Anabaptistarum colluuiem sunt reijciendi, de quibus in Adamæis, ab Adamo Pastoris sic dictis, qui Christum vt vnius fingit personæ, ita vnius quoq; naturæ. Verbi enim hypostasin siue personã in Christo non 26. *Antimariani.*

27. agnoſcit cùm Samoſateno & Photi-no, ait Caſſander Com. de duabus in Chriſto naturis.

*Anabaptiſtæ Müntzerici*

*Eraſ. Alberus cōtra Carolſt.*

*Anabaptiſtarum origo an à Luthero, an à Carolſta. an potius à Zwinglio.*

Anabaptiſtæ ab iterato Chriſti Ba-ptiſmo nomen inuenere, quòd bapti-zatos in pueritia retingant. Horũ ori-ginẽ Muntzero, Nicolai Storkij diſci-pulo, belli illius ruſtici Anno 25. aucto-ri, quidam tribuũt. Alij Baltazari Paci-montano. Certè Melanchthon Com. ad Coloſſ. & Carolſtadium deſignat puerorum Baptiſma improbaſſe, vti & Eraſ. Alberus eum facit Anabaptiſta-rũ patrẽ; ſed hi ſeſe à Luthero exortos profitentur. Licèt Antonius Coruinus hos ex Zvvingliana ſecta prodijſſe, ceu ex equo Troiano aſſerat, quò Zvvin-gliũ ſui Magiſtri Lutheri æmulum, ini-qua ſcilicet liberet inuidia: cùm diſer-ta extent Lutheri ad Vvaldenſes dog-mata, quibus Anabaptizandi occaſio-nẽ præbuit. Ait enim, melius eſſe omit-tere baptiſmum, quàm pueros ſine fide id eſt, non credentes baptizare. Atta-

men

men & Zvvinglius lib. de Baptiſ. docuit, melius eſſe, vt infantes tum primũ baptizarẽtur, cùm adulti eſſent: & cõcluſ. 18. pueros docendos, ac ita demũ baptizandos. Quinetiam anabaptiſtarum Pater Baltazar (teſte Eccio contra confeſsionẽ Zvvinglij) libello Mulſpurgi in Pannonia edito, ſe ſyngraphã habere ait Zvvinglij, qua infantium baptiſma diſſuaſit. Hac fortè de cauſa, quidam Anabaptiſtarum Zvvinglium in 3. diſputatione Tigurina adiurauit, vt ſibi veritatem diceret, an pædobaptiſmus eſſet ex Deo nec ne, cùm tunc deſtrueret anno 25. quod anteà docuerat & ſcripſerat. *Bullinge. li. 1. contra anabapt.*

Horũ ſectæ ſunt variæ, ac pro regionũ varietate varia ſortiũtur vocabula. Per Germaniã ſuperiorem vocabãtur Muntzerici, à Muntzero ſiue Monetario dicti, qui totũ orbem gladio Gedeonis ſibi diuinitùs tradito compellendũ ad nouum regnum Chriſti inſtituendum iactabat ſpiritũ ſibi reuelaſſe: vnde *Muntzerici.*

de & cæleſtes prophetas atq; Enthuſiaſtas eos inſectatus appellabat Lutherus. Docebant bonorum communionem, thorum infidelium, id eſt, non ſuę factionis, eſſe pollutum, & diaboli ꝓſtibulum. Baptiſma infantum non eſſe ex Deo, Infideles omnes cum Principibus & Magiſtratibus eſſe occidendos, Libertatem per Principes extinctam eſſe armis vindicandam.

*Bellum Ruſticanũ abſumpſit Germanorũ 150000. ut eſt in uita Clemẽtis Ro. Pon.*

Huius furorem ſectabantur illi ſeditioſi ruſtici per Germaniam, Alſatiam, & Svveuiam, qui ad 130000. ſiue vt alij 150000. anno 25. fuerint trucidati. Item Monaſterij in VVeſtphalia, Amſterdami & Naeltvvici anno 35. in Hollandia plurimi interfecti. Fanaticus iſte ſpiritus non patiebatur miſeros iſtos idem ſentire, ſed mox in varias, imò ſi Bullingerus fidem meretur, innumeras diuulſit factiones, quarum celebriores aliquot commemorabimus.

*Lib. 1 contra Anab.*

*Apoſtolici*

28 Apoſtolici, qui omnia relinquebãt, omnia alijs communia facientes, domum,

mum, liberos & negotia dimittentes, per agros vagabãtur. Tales habet Morauia. Nudipedes & calceos abhorrebant & pecuniam non contrectabant. Separati siue spirituales, qui vulgi cultũ & vsum ciborũ armaq; detestantur,
29. *Nudipedes.*
30. *Spirituales*

Sanctuli & puri, hoc est Cathari, qui sese iactabant sine peccato esse. Ideoq, (teste Bulling.) omittebãt illud orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita, qui nulla peccatorum venia opus habebant. Hi aliorum quoque orationes pro se non esse necessarias aiebant, infantes absq; peccato esse: Ideoque non egere baptismo. Tacentes, qui Pythagoricum renouant silentium, non esse concionandum ampliùs, non respondent de religione etiam rogati. Orantes, qui & Euchitæ, toti erant precibus dediti, quibus mala omnia putabant se posse auertere. Vnde & omnia media tollebant, vt soli Deo relicti, in ipso, vt aiebant, toti consisterent, seq; totos illi permitterent.
31. *Cathari orationem Dominicã mutilant.*
32. *Tacentes.*
33. *Euchitæ.*

34. Enthuſiaſtæ ſiue Ecſtatici, quorum
*Enthuſiaſtæ.* initiò ingens fuit numerus. Hi tãquam verè fanatici ſuo afflati ſpiritu faciem mutabant, geſtus habebant horribiles, ac more comitiali morbo laborãtium in terram prolapſi diu iacebant tanquã mortui, vnde & corpore horribiliter tremiſcebant, ac tanquam trunci obrigeſcebant. In ecſtaſin rapti, mira effutiebãt ſomnia: ſeſe Zvvingliũ apud inferos vidiſſe, &c. Patrem hæc aut illa infanda iuſsiſſe, Patrem dixiſſe, diem Dñi inſtare, cuius tempus certum deſignabant, vnde tãquam furioſi curſitabant clamitãtes, dies Domini, dies Domini. Eò inſaniæ quoſdam iſte homicida ſpiritus abripuit, vt vel nefaria fratris, adeoque infanda matris paricidia inſtigatis perſuaſerit ex patris Dei iuſſu
*Bullinger. contra Anabap.* fieri. Narrat Bull. lib. 2. An. 26. Febr. ſeptima, Thomã Schykerum ſuũ vterinũ fratrẽ Muleggi in cõſpectu parentum, ac plurimorum factioſorum in genua procumbentem capite truncaſſe.

Tales

Tales fanaticos vidit Amſterdamus noſtra, vbi fuerunt Adamitæ, qui ab æmulata Adæ nuditate, & emẽtita eius innocentia ſibi nomẽ mutuantur. Hos loco honeſtiſsimo natos, & rebus lautis opulentiſsimos, vidit nudos diſcurſitare noſtra Hollandia anno 35. Horũ quidam tam fuêre inſani capitis, vt cõſcenſis arboribus nudi cæleſtem panẽ fruſtrà expectantes, in terram deciderint ſemineces. Alij verò ſunt Adamęi, ab Adamo Paſtoris dicti, qui Chriſtũ verum hominem profeſſus, eum cum Photino negat natura Deum. 35. Adamitæ. 36. Adamæi. Caſſan. Cõment. de 2. nati.

37. Mennonitæ. Mennonitæ per Belgium à Mennone Simonis Friſio, qui in Vvitmarſum Paſtor, vbi tumultũ illum in Friſia, occupato à diſcipulis Oldecloofter, & multorũ ſanguine recuperato, cõcitaſſet, varios ſuæ perfidiæ reliquit adminiſtros, qui Hollandiam, Friſiam, regiũculam Embdenſem miſerè cõtaminauere. Hic non contentus Baptiſma violaſſe, etiam Chriſtum negat ex virginis

carne,

carne, aut humana substantia natum, sed ex Patris substantia cœlitus attulisse corpus, vti ait Colloquio VVismariensi. Isti varia sibi imponũt nomina.

*Tibbæ.* Per Frisiam vocitantur Tibbæ, à Tibba quodam illius coniurato: Sicuti & per Hornensem tractatum stoliditatis nomine insigniuntur, cũ hos misellos

*Maliapi.* Maliapos vocitant. Liberos anabapti-

37.

*Liberi.* stas dicunt, qui libertatem docent ab obedientia Principũ, à decimis & censibus, atq; redditibus. Item coniugia esse inter fratres spiritualia: vnde & vxores habent communes, nec patiuntur eas suis maritis infidelibus debitũ reddere. Hæc omnia esse Patris voluntatem aiunt. Hi sese post anabaptismum negant posse peccare, carnem tantùm peccare. Quin imò arrogantiæ typho tumidi, ac tantũ non crepantes eò perfectionis sese simulant peruenire, vt nó solum Deó similes sese iactitent, sed scribant etiam sese iam indigetatos, vti habet impius N. libelli Titulus, By

eenen

eenen vergodisten menschen: quod est, Authore N. viro deificato. Iste ex arte filatoria, vnde Amsterdami victitabat, tantus repente Theologus euaserat. Is nunc magnas pasſim ducit colonias, quibus Domus charitatis est insigne. 39.

*Adiaphori.* Huic generi illud simile est, licèt ab alijs damnatum, qui om̄ia faciunt adiaphora & libera, Pædobaptismū, Magistratum, iuramentum, ceremonias, sacraq; quibus fideles possent vti, aut non vti; pacis & tranquillitatis causa posse singulos se conformes facere suis ciuibus in causa religionis, rogatos posse fateri & diffiteri, sed nulla esse obeunda pericula, nedum tormenta subeunda.

40. *Hutitæ.* Hutitæ à quodam Ioan: Huto dicti, qui sese corporaliter populum Israëliticum iactitabant, Cananæorum omnium excisorem, diem Domini breui instare, ideoq; omnia ante eius aduentum abligurienda: vnde ad summā sunt inopiam redacti, frustrà illum Domini

mini diem intempeſtiuè expectantes.

41. *Ambrosiani.* Ambroſiani, qui & Pneumatici, à quodam Ambroſio dicti, qui tantoperè ſui ſpiritus ſuggeſtiones & Dei reuelationes iactabat, vt vtrunq; teſtamentum reiecerit, vti contra Confeſsion. Zvvinglij habet R. D. Eccius.

42. *Augustiniani.* Auguſtiniani, à quodam Auguſtino Bohemo dicti, qui nugabatur cœlum nondum reſeratum: ſed hominibus occluſum fore vſq; ad extremam diem.

43. *Melchioritæ.* Melchioritæ, à Melchiore Hofmanno dicti, qui tanta fuit confidentia, vt Argentinenſes concionatores ad diſputationem prouocarit anno 32. ſuper his articulis, Chriſtum non aſſumpſiſſe ex virgine carnem, quam immani affecit blaſphemia: ſed Deum carnem eſſe ex ſe factum, ita vt vna eſſet in Chriſto natura. Item qui accepta gratia voluntariè peccaret, nunquam in gratiam recipi; & ſalutem eſſe noſtris viribus collocatam. Sunt qui iſtis tribuunt corporale regnũ Chriſti per annos mille cũ

Chi-

Chiliaſtis. Monaſterienſes, qui Ioan- 44.
nem Bockeldi ſartorem Leiden. atque *Monaſterienſes.*
ſordidum inſtitorem regem Monaſte-
rij (quod oppidum eſt Vveſtphaliæ)
per ſeditionem factum ſectati, in ſua
Cœna omittũt illa Chriſti Domini ver *Verba Cœnæ omiſſa.*
ba, hoc eſt corpus meum, quorum lo-
co dicunt, accipe, ede, memento Domi
ni, vt Eraſmus Alberus lib. 2. contra
Carolſtad.

Sunt & quidam Clancularij, à latẽ- 45. *Clancularij*
di ſtudio, quidam occulti occultorum, 46.
quidam Manifeſtarij à varia ſuæ perfi- *Manifeſtarij.*
diæ profeſsione dicti. nec deſunt qui di
cunt, ſe Stebleros, quaſi dicas Bacula- 47. *Baculares.*
res, ꝙ gladium, telum, aut arma præter 48.
baculũ, portare nefas habent. His ad- *Scripturarij.*
de qui ſe Scripturarios vocant, à diuinę
ſcilicet ſcripturæ profeſsione: ſicuti
per Vvaterlandiam ſeſe Paulinos dicti
tant à D. Pauli ſtudio. Fuerunt & Olla- 49.
rij, quos Friſij appellabant Zetelgeeſte/ *Ollarij.*
quod ſuos cõiuratos nõ niſi menſa bel-
lè inſtructa (quod illi den vettenzetel

nuncupant) inuiserent, atq; ita fratrũ quos dicunt, bona abligurirent, quos instituti scopus experientia notus facilè dissipauit. Sed hi magis inter deliros sunt deputandi. Iam ad seditiosos & furiosos proficiscatur oratio.

50. Dauidici, Dauidgorgiani. Dauidici, qui etiam dicuntur Dauidgeorgiani, à Dauide Georgij nomẽ gerunt. Hic vitriarius Gandaui in Flãdria anno 1501. matre Delphensi, patre verò Georgio Amersfordien. errone histrionicam agente natus (vti ex actis publicis Delphen. liquet) mulierculas aliquot peccatis onustas vbi reperisset, sese tertium Dauidem, verumq; Messiam illis persuasit, quæ sese putabãt beatissimas, si relictis maritis ex promisso ipsius, quod nugabatur, semine conciperent. Hic præter Saduceismum, quo negabat veram corporum omnium resurrectionem, angelos & dæmones abominanda suis tradidit mysteria, Matrimonium suis discipulis spiritu renatis vetuit. Non enim liberum esse virũ

vni

vni vxori adſtringi, ſed alias plures poſſe habere ad augēdam prolem. Ad hæc homo Sathanica ſuperbia arrogantiſſimus docere audebat, omnem doctrinam hactenus à Deo per Moyſen, Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos traditam, fuiſſe imperfectam, & ad conſequendā ſalutem inutilē, ait Bull. lib. 2. cap. 14. ſuam verò perfectam eſſe: ſe enī eſſe dilectum Dei filium non ex carne, ſed ſpiritu natum, in quem ſpiritus plenè effuſus ſit: Se eſſe illum verè cæleſtē Chriſtum è Spirituſancto natum, qui peccata verè cōdonet, aut reſeruet: qui denique iudicaturus ſit nouiſsimo illo die. O blaſphemias, diaboli mancipio digniſsimas, quod ita huc illuc raptabat atq; rotabat, vt miſero perſuaderet Dei oracula cœlitus ſeſe audire, quēad modū ex eius autographo dudū nobis Delphi tradito videre eſt: vbi varias pingit viſiōes, Dei ſpiritu ipſum affante, ſibi reuelatas, phanaticasq; de ſuo Archipresbiteratu & filiatione, pmiſsiōes:

51. *Batenburgici.* Batenburgici inter Anabaptiſtas à quodam Ioanne Batenburgo errone, quondam gregario milite dicũtur appellari, qui ex professo magis ſunt ſeditioſi: cuius rei nuper admodum manifeſtum dedit indicium, libello in vulgus ſparſo, cui tutulũ fecit, Noua practica gerendi belli, quo ſuos ad inteſtinum armat bellum. Sed hos tanquam veros parricidæ illius Spiritus diſcipulos alij execrantur, ſuæque negant eſſe Eccleſiæ, quod ſuos iſti ad ſacrilegia, templorumq; hortentur prædationes:

52. *Pacifici.* Pacificos alij ſe iactant, vnde & ſeſe apud imperitam plebeculam, nomine domus pacis venditant.

Hanc autem tam diu amplexantur, donec impunè in omnium fortunas, adeoq; corpora graſſari liceat, quẽadmodũ ſuo exẽplo docuere Amſterdami an.35.& ſequẽti Leydis: vti & varia per alia Hollandiæ ac Friſiæ loca, vti in Poeldyko, Hazerſſou & Oudeclooſter.

53. *Paſtoricidæ.* Paſtoricidæ, qui in paſtorum aut ſacerdo-

cerdotum Catholicorum necem coniurant, quorũ ſcelere plurimi per Rynlandiam periere, iniecto in collum laqueo in foſſam præcipitati & demerſi.

Sanguinarij, qui ſeſe humano poto ſanguine more Catilinario ad ſua ſeſe ſacrilegia & homicidia obſtringũt. Talem Anabaptiſtarum ſectam eſſe Antvverpiæ non ignotam, narrant quidam fide dignisſimi. 54. Sanguinarij.

Ægidiani ab Ægidio quodã Aquenſi nomen habent, qui ſpe quæſtus multò maximi (quem Anabaptiſtarum doctores, quos vocant, ex retinctione ad tres ferè coronatos capere vidit) illectus, audebat & ipſe retingere, licèt ipſe nunquam fuerit rebaptizatus, à quibus pòſt excommunicatus ſui flagitij Antvverpiæ capite plexus pœnam luit, publicè ſuos licèt reuocaret errores. Vnde & diſcipuli alijs ſeſe tradidere magiſtris execrandos. 55. Ægidiani

Libertinos, à libertate, quam prædicant Euangelicam. P. Viretus facit Ca- 56. Libertini. Viretus li. 2

*de ministerio uerbi.* tabaptistarum prolem. Fanaticum, ait, hominū genus, in quo iure credas reuixisse Gnosticos & Valentinianos, nihil eis æquè displicet, nihil magis improbatur, atq; simplex, proprius & germanus scripturæ sensus. Illis Christus est Satanas, & contrà: vitium virtus, & virtus vitium: nihil enim ex eorū sententia peccatū, nisi eorū opinione, qui se peccare putant. Verus Dei timor & eo imbuta conscientia, pro infernò illis habetur. Pro Paradiso aūt conscientia diuini iudicij contemptrix, secura, stupida & consopita. Hoc nominis varias sectas sibi vsurpare in Brabantia & Hollandia indicat Caluinus, suppressa furoris huius origine: sed in Gallia appellatos ait Quintinistas, à quodā Quintino sartore Picardo, qui illic eas sparserit, cum quodam Coppino Insulano. Horum sententiam collectam ait Caluinus ex Cerdonistarū, Manichæorum, Martionistarum, & Gnosticorū delirijs, atq; abominandis voluptatibus.

*Quintinistæ.*

*Lib. contra Libertinos.*

bus. Omnia ſimulare & diſsimulare pro fundamento ſui iaciunt Euangelij, quò facilius ſpirituales (ſic enim ſe præ cæteris admirantur, quòd ſpiritum ſequantur viuificantem) decipiant carnales, id eſt, non ſuæ haræ porcos. Omnibus ergo ſacris tam Catholicorum, quàm Euangelicorum ſeſe intrepidè miſcent, omniq; impietati ſectarũ omnium conſentiunt, Scripturas ridẽt, ac pro fabulis habent. Literæ enim ſe negant obnoxios, qui iam ſpiritũ ſequantur viuificantem. Quinimo ille Quintinus vnumquẽq; Apoſtolorũ aliquo notabat ſcommate, Paulũ vocans vas fractum, Petrum Chriſti abnegatorẽ, Ioannem iuuenem ſtolidulũ, Matthæũ fœneratorem. Ad hæc vnum ſtatuunt tantum ſpiritũ eſſe immortalem Dei, qui ſit & viuat, opereturq; oĩa in omnibus. angelos fingunt nihil eſſe, nihil peccatum, nihil animas noſtras, nihil etiam eſſe malum, ſed Deum eſſe peccati authorem, quod ipſum, ait Caluinus,

*Spirituales cur appellentur.*

*Blaſphemia Libertinorum in Apoſtolos.*

*Caluini in Deum blasphemia.* nus, à Simone Mago sumpsit originẽ: quod operæpretium est aduertere, vt & seipsum agnoscat Caluinus Simonianũ, vti Seruetus illi obiecit, cùm idipsum doceat, vti suprà dictum est. Porrò Libertini asserunt Christum esse redẽptorem nostrũ, quia tãquam typus nobis est propositus, in quo contemplemur ea, quæ ad salutem nostrã requirit *Christũ negant uerè passum.* scriptura. Itaq; Christi pasßione & morte fuisse tantùm nobis figuratũ salutis nostræ mysteriũ. Vnde & quidam eorũ negant Christum obijsse in cruce, sed opinatione: cuius sententiæ duos fuisse Valentianę supplicio extremo affectos ibidem ait Caluinus. Cæterùm suã Spi*Omnia omnibus licet, quæ libent.* ritualem regenerationem in eo collocãt, ne vlla re, nec peccati remorsu, nec Dei timore, nec iudicij terrore tangantur, vnde docent omnia homini esse licita sine vlla exceptione, omneq; genus viuendi probant. Lenonem suo volunt fungi munere, fures audacter furari iubent, Matrimonia dissoluunt, quæ ap-

pellant

pellant carnalia, vbi vxor mariti sui tædiũ cœperit. Vnde & promiscuos laudant concubitus, modò alter altero sit contentus, id spirituale vocant matrimonium. Communionem sanctorum interpretantur communionem bonorũ temporalium, ideoq; quantũ quisq; potest vt rapiat suadent: Resurrectionem dicunt iam esse factam, neq; aliud expectandum iudicium, iam Christianos resurrexisse, cùm animã humanam sciant iam factam esse illam Dei spiritum immortalem, imò in Dei essentiam redire, vnde (inquiunt) exijt, eiq; ita iũgi, vt vnicus spiritus maneat. Hæc de Libertinis Caluinus. *Resurrectionẽ iam esse factam.*

Aliud Libertinorum genus recenset Bulling. lib. 2. cõtra Anab, qui Deo peccatum asscribunt, ac operatum esse peccatum Cain, Saul & Iudæ: à qua blasphemia quàm dissentiat Caluinus, suprà diximus. Resurrectionem carnis negant. 57.

Alij vero nimis spiritualem faciunt 58.

59. Alij deniq; nimis carnalem, quasi ebrius poculum, epulo caponem assum manu tenens resurgeret.

60. Et aliud genus anabaptistarum, qđ Dei misericordiam omnibus omnino hominibus, adeoque dæmonibus post iudicium pollicetur.

*Omnes homines, etiā dæmones saluandos.*

61. Postremum genus est, quod vetus testamentum planè reijcit, neque eius testimonia ad fidem Christianam confirmandam recipiunt, solo contenti nouo testamento: sed ita tamen, suo vbi id sapit palato. Sed nunc post tot Anabaptistarum factiones, paucis perstringamus quę supersunt Antilutheranorum sectæ.

62. Antichristiani deniq; varij sunt. quidam Christū aiunt, quòd in cruce, vti blasphemant, desperarit, damnatū: Vti ille Pręmonstratēsis Apostata, qui hoc apud mortales iam nunc ob atrocissimam in Christum Dei filium blasphemiam meruit præmij, vt sua cū impietate adeò sit hominibus execrabilis, vt

ne

ne nomen quidem supereſſe voluerint. nuſquàm enim me legere memini.

Alij Chriſtum noſtrum negant verum illum promiſſum fuiſſe, ſed alium cum Iudæis expectandũ, vti Bucerum moribundum teſtatum reliquiſſe narrant fide digni, adeoq; quidam clariſsimi viri, ſe ab eius diſcipulis in Anglia accepiſſe. 63.

Alij ſui Antichriſti matrem Lóuanienſem meretriculam adorant nudã, ex qua iam pridem iactabant naſciturum, quem ſummis expectant votis. 64.

*Myſteria Euangelicorum aliquot quam abominanda, & qualia ſint orgia.*

Cæterũ quàm fœda, quàm execranda, quàm abominanda Euãgelicorum plurimi ſuis in myſterijs deſignare nõ erubeſcant, horror probis eſt vel cogitare. Immane quid ſuis neophytis Anabaptiſtæ præſcribant edendum aut bibendum, vt abſolutiſsimã illam ſuam conſequantur veteris Adæ mortificationem.

Dauidgeorgius verò iſtorum omnium Antichriſtorum maximus, ſeſe il-

lum iactabat tertium Dauidem, verūq; Christum, dilectumq; Dei filium Patribus olim promissum. Cuius insania etsi non paucos per Hollandiā, Frisiamq; compertum sit fuisse in furorē plusquam fanaticum abreptos: tamen post exustum eius à Basiliensibus cadauer sectatores eius se fuisse à verò seductos agnoscere est consentaneum. Certè eorum aliquot audiuimus, qui multis cū lachrymis ab illo se post triduana ieiunia fuisse demētatos, atq; vti aiebant, fascinatos deplorabant.

DVB. Prò fidem Christianam? an aliquid Iudæi audiant gratius quàm Christum aut non venisse, aut nostrum, quē pro Mago habent, damnatum esse?

CON. Quàm multis alijs doctrinæ capitibus Euangelici isti Iudaismum renouent, mox dicendum veniet. Sed vna Colophonis loco attexenda est factio, quæ suo declaret exemplo, quorsum nam Lutherus & Syneuangelici, aut potius per ista lectissima sua orga-

na promouerit Diabolus. Quò igitur tandem iſtarum abominationum aliquis recenſendarum fiat modus, nunc diaboli ſcopum contemplare, quē iſtis ſectis adeò varijs ſibi eſt (eheu nimium fœliciter) molitus. His enim omnibus hæreticorum monſtris & aliud excitauit genus multò prodigioſius, qui ſeipſos Dæmoniacos dicunt: quorum alij dæmones ſaluandos cum Origeniſtis opinātur; alij verò Cacodæmonē colūt: & ne quid diuini omittant cultus, vt Catholici Deum inuocamus nonies, ita ipſi, teſte Hoſio, Diabolum per diem inuocant decies. Sunt & Epicuræi ſiue Athei, de quibus poſteà fuſiùs. Cæterū iſtum impietatis abominandæ Colophonem, quónam gradu Satan per Lutherum ſuum, alióſque ſuos Euangelicos Pſeudoapoſtolos ſuo iſti eccleſiarū perturbatarum operi imponere ſit cōmolitus, vt Deo Opt. Max. ſua maieſtatis ſede eiecto, Chriſto templis, ara, mētibus, & ore, adeóque cælis exturbato, ſeſe

*65. Dæmoniaci.*

*166. Dæmonicolæ.*

*Epicuræi ſiue Athei*

ſeſe adorandum impetrarit, ſtatim dicemus, vbi demonſtrauerimus priſcas hæreſes certiſsima diaboli inuēta, vnà cum Iudaiſmo, adeoq; Mahumetiſmo per illos ſuos noui iſtius pſeudoeuangelij miniſtros Chriſtianis renouatas, Euangelij prætextu eſſe venditatas, obtruſas, pſuaſas. Sed nos breuitatis cauſſa nobiliores tantùm hæreſes nunc tē-

CAP. V.

*Catal. hæreſeon priſcarum per Euangelicos renouatarum.*

poris Euāgelij prætextu renouatas cōmemorabimus. Hæreſes enim ſuam ad originem reuocaſſe, refutaſſe eſt, ait D. Hieron. Quod vt liqueat magis, illuſtrādæ veritatis gratia, nos eas primùm recenſebimus ab Euangelicis renouatas, quæ magnis illis totius orbis Concilijs fuêre damnatæ: mox quæ Synodis non tam frequētibus quidem illis, conſenſu tamen totius Eccleſiæ olim refutatæ atq; improbatæ: quibus damnatos omnium piorum doctorum iudicio ſubtexemus errores.

I. *Arrianiſmus.*

Arrianiſmum Concilio Nicæno à

*An.* 324. P P. 318. damnatum per Lutheri Euāgelium

gelium fuiſſe renouatum, eius teſtãtur diſcipuli. Cùm enim modicum teneret ipſe de homóuſio (inquit lib. cõtra Latomum) & Trinitatis vox Germanica nõ placeret, Ludovvicus Hetzerus SS. Trinitatem abolere eſt aggreſſus, omnem prorſus negans perſonarũ diſtinctionem. Sed Arrium propiùs imitati ſunt Campanus & Seruetus, atq; etiam Matthias Illyricus, quem Arrianiſmi damnauit Academia Vvittenbergen. Svvencfeldius apertè profitetur Chriſtum Dei filium vnigenitum eſſe creaturam, quemadmodum ait Confeſsio Mansfeldenſium. Caluinus etſi ſuo in Catechiſmo verbis quidem de perſonarũ Trinitate rectè loqueretur fol. 110. tamen in Synodo ſua Lauſanẽſi An. 27. noluit confiteri (ait Petrus Carolus) Chriſtum eſſe Deum de Deo, neque ex ſubſtantia Patris, ſed de Patre, imò à ſe ipſo ſemper habuiſſe vt eſſet. Illum igitur ſymboli verſiculum, Deũ de Deo, Lumẽ de lumine, Deum verum de Deo

*Hetzerus Arrianus teſte Seba. Franc. in hiſtor.*

*Staphylus de concordia.*

*Epi. ad Car. Lothar.*

*Cal. Arrianizans.*

vero,

vero,impudenti deridens cachinno,ridiculam appellabat battologiã. Trinitatis quoq; vox Caluinũ offendit, ait idem ille oculatus teſtis,eò ꝙ Ciceroni eſt inſueta.Symbolũ Nicœnum, quod dicitur,negabat eſſe Nicœnæ Synodi, eò ꝙ nonnulla ex alijs Conc. adiecta ſunt.Athanaſiano aiebat ſe neque credere,neq; diſcredere: nõ enim vnquam fuiſſe à legitima eccleſia receptũ. Id ipſum & in Bernenſi Conſiſtorio profitebatur Caluinus, ſe illi Athanaſiano Symbolo nec credere nec diſcredere, donec ad ſcripturarum gnomen (ſic enim græciſſabat) illud examinaſſet. vnde & illum verſiculũ reijcebat, Alia eſt perſona Patris,alia Filij,alia S.Sancti,eò quod Græcè eſt hypoſtaſis, quæ perſonã (inquiebat)nõ ſignificat.Illud verò, ꝙ Chriſtus eſt Deus ex ſubſtantia Patris, nũquam extorqueri de Caluini ore potuit. Rurſus in Cõfeſsione Geneuatum,quam de ſinu ſuo in Synodo Lauſanẽ. promebat Caluinus,li-

cèt

cèt paulò antè à se dictatam, meminit Christum esse æternæ essentiæ, sed Trinitatem personarum nusquam voluit profiteri. Verbi enim nomine monebant Farellistæ, quorum in ea Synodo agebat patronum Caluinus, intelligi perpetuam Sapientiam, apud Deum residentem. quod ipsum disertè sensisse Samosatenum, testatur D. Epiphanius hæresi 65. quem an sectentur inde colligas licet, quòd cùm sua in Confessione Farellistæ execrentur Arrium, Macedonium, atque Sabellium, soli Samosateno, inquit P. Carolus, parcebāt, atque veluti ipsis confœderatum tolerabant.

Sed hunc errorem etsi Caluinus, tēpore factus eruditior, videatur castigasse, in eo tamen plurimi suorum Farellistarum persistūt, quorū pridem haud ingloria portio erat Michael Seruetus: quem posteà ignibus tradidit Caluinus, quòd Christum noluerit confiteri æternum Dei filium.

Imo

Imo Calesius N. Caluini Collega, in conuentu Bernensi publicè affirmabat, Christum nec aliud, nec esse alium à Patre: quam blasphemiam nec Bernates Theologi, nec Geneuates vel verbulo castigare, aut monere erroris voluerunt: tametsi illis audientibus vehementer illum reprehenderet Petrus Carolus.

II. *Macedonianismus. An. 383.* Macedonianismum 2. Conc. Constantinopolitano à Patribus 180. damnatum renouauit hoc sæculo Farellus Gallus Caluini magister. Hic enim Sp. sanctum negans esse naturâ Deum, docuit esse motum in rebus creatum, vti liquet in Summa scripturæ Gallica, teste P. Carolo episto. ad Cardinalem Lotharingum, vbi & Caluinum affirmat multa contra Symbolum, hoc in concilio locupletatum & explicatum, deblaterasse. Verbis tamen posteà audebāt Farellistæ damnare Macedoniū, hoc est suū haud ita pridem magistrū.

III. Nestorij errorem 3. Cōc. Ephesino

àPP.

à P P.200.refutatum, manifestè quidē nunc renouare cœperat Martinus Lutherus. Is enim Commenta. ad Hebręos Bucero interprete, disertè negat, Christum esse hominem omnipotentem, non omnia animaduertisse, nec cogitasse omnia.

*Nestorianismus. An. 433.*

*Lutherus Nestorizat*

Sanè vt Nestorianum est, Christum negare hominem & Deum, aut hominem esse Deum, ita & negare, Christū esse hominem omnipotentem. Sed lib. de Concil. Zvvinglium cum suis de „ hoc nefario infamat dogmate. Nam „ ait sibi paulò antè fuisse negotium cū „ Nestorianis, qui pertinacissimè (in„quit) contra me disputabant, quòd „ Diuinitas Christi nō posset pati. Li„quet igitur ex antithesi, Lutherū tūc „ sensisse, posse pati diuinitatem Chri„sti. Imo Zvvinglius etiā, addit Luthe„rus eodem loco, cōtra me scribebat „ super hoc dicto, Verbū caro factum „ est, & simpliciter volebat legendum, „ Verbū caro facta est, Ratio, quia De-

*Zwinglius Nestorizat Luthero.*

„us non poteſt mutari in corpus. Verũ „ego tunc temporis non ſciebam (in- „quit Lutherus) hanc eſſe opinionem Neſtorij, vt qui Concilium etiam nõdum intelligebam. Benè habet, quod tantus Chriſti Euangeliſta tandem ſuam agnoſcat, fateaturq; ignorantiam.

Cæterùm Neſtorij errorẽ planè reuocant Antimariani, qui D. Virginem Mariam Chriſti matrẽ, ait Hoſius, non ſuſtinent audire Dei genetricem. Iſtum errorem Zvvinglius diſertè ſua in confeſ. anno 30. Imperatori Carolo Auguſtæ per ignotum nũcium obtruſa profitebatur, Chriſtum inquiens articulo 1. aſſumpſiſſe hominem, item Chriſtum profeciſſe ſapientia: quia ſecundũ humanam naturam finitus ſit & menſus. Hunc ſequitur Petrus Richerus Caluiniſta, qui Chriſtum negat in humana natura, ſed in Deo Patre adorandum. Vbi liquet duas in Chriſto diſtinctas naturas cum Neſtorio induci.

IIII. *Eutycheas*

Eutychetis dogma 4. Cõc. Chalcedonenſi

donensi à P P. 636. conuictum erroris *nismus.* ab orco in lucem reuocat Menno & *An. 455.* Adam Pastoris, atque Caspar Svvencfeldius teste Cassandro Com. de duabus in Christo naturis, Christũ in vna persona docens vnius quoque esse naturæ. In Bernensi disput. an. 28. Zvvingliani mixtionem naturarum admisere, ait Eccius contra Confess. Zvving.

*V.* *Origenistæ.* Origenis dogmata quinto Conc. Const. à P P. 289. damnata, nunc partim renouant, vti damnatos omnes dæmones esse saluandos, quod docuisse Ioan. Denkium Anab. ait Seb. Francus.

*VI.* *Monothelitæ.* Monothelitarum errorem 6. Conc. Const. refutatũ iterũ reuocant Svvencfeldiani & Mennonitæ: quia Monothelitæ ramusculus erant Eutychetis.

*VII.* *Iconoclastæ.* Imagines Sanctorũ 7. Synodus Nicœna 2. P P. 350. aduersus Iconaclastas vindicauit: quas nunc cum illis cupiunt abolitas Caluinistæ & Sacramentarij omnes.

*VIII.* Vt finem faciã, errores in Conc. ge-

*Calicularij qui Calicis communionẽ neni ceu necessariã urgent.*

neralibus pridem damnatos iam Euãgelij prætextu per impios iſtos reuocatos demonſtrandi, notum eſt, communionis ſub vtraq; ſpecie neceſsitatem à Petro Dreſdenſi inuectam, fuiſſe Cóc. Conſtan. à P P. damnatam, ſed nunc ſeditioſiſsimè Lutheri ſpiritu ab orco reuocatam.

Nunc magnorum Conciliorum ſpacio decurſo, antequàm ad minora deſcendamus, haud abs re crediderim, & illud obiter admonere, tantam nunc tempeſtatis eſſe Chriſtiani (prò nefas) populi noua iſta dogmata ſectandi libidinem, imò temeritatem, vt contempta omnium Conciliorum vel Apoſtolicorum authoritate, in cæcos priſcarũ hæreſeon errores abſurdiſsimos ſeſe dent præcipites. Non enim deſunt, qui contra Apoſtolicum illud Concilium Ieroſolymitanum à D. Luca deſcriptum, doceãt, ſe ſuosque circuncidendos: quorum factionem per Saxoniam inferiorẽ reperiri aiunt. Certè Hoſius

*Euangelici Concilium uiolant Apoſtolicum.*

ſius quoſdam narrat circumciſos.

Iam poſt Apoſtolorum ætatem Cō-cilio Eccleſiaſtico Antiocheno à P P. 80. teſte D. Hilario, damnatus eſt Pauli Samoſateni error: quem hoc ſæculo renouaſſe Seruetū, Farellum, atq; Caluinū teſtatur P. Carolus epiſt. ad Card. Lotharingum. Hos, ſimilesque notat Confeſsio Auguſtana artic. 1. damnās veteres & neotericos Samoſatenos, qui vnam tantùm perſonam in Deo eſſe contendunt. Sic ſenſiſſe Farellum, ait P. Carolus in fidei ſumma Gallica. De Serueto diſertè ꝓbat Caluinꝰ & Beza.

*Errores minoribus Ec. Synodis dānatos nunc pullulaſcere per Euangelicos.*

*1. Samoſatenismus. An. 270.*

Caluinum quoq; initio ſuæ apoſtaſiæ Farello magiſtro. (Nā Serueto ſuo tunc fratri cōmunicaſſe iam pudet, ne immeritò poſteà eum ignibus ob hanc ſuam priſtinam Euangelicam doctrinā tradidiſſe videatur) conſenſiſſe, plurimis ipſe verbis declarauit in Diſputatione Bernenſi, & Synodo Lauſanen. Præſidibus Caſpare Megandro, & P. Conzeno cum aliquot Bernatibus lai-

cis contra P. Carolũ: Vbi reiecto Cõstantinopolitano Symbolo, Athanasianum ſublato deriſit cacchinno, nũquam à legitima fuiſſe (inquiens) receptum Eccleſia, illosq; reijcebat Verſus, alia perſona Patris, alia filij &c. Itẽ ſicut anima rationalis & caro, &c. Rurſus falſi arguebat huius ſymboli verſiculos, primum & vltimum.

Iam & Trinitatis vox Caluinum offendebat, quòd Ciceroni, inquiebat, eſſet inſueta. In Confeſsione quoq; Geneuatum, quam ſuo de ſinu, priùs à ſe dictatam, in Synodo Lauſanen. offerebat, aſtutè refugit, perſonarum Trinitatẽ dicere. Quin etiam illud cũ Athanaſiano ſymbolo, Chriſtus Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus, nunquam voluit cõfiteri, licet frequẽter illic vrgeretur, tãtùm ſic voluit animi ſententiã exprimere, In vna Dei eſſentia Patrem cum verbo ac Spiritu ſancto agnoſcim9: quod orationis ſchema verè Samoſatenicum tegit dogma.

Rur-

Rursus cùm Verbum fateretur esse à Patre & ex Patre, noluit tamen cõfiteri cum Catholicis, Christum Deum de Deo, aut Christum esse Deũ ex substantia Patris: sed Christum dicebat semper à seipso extitisse: quasi duo sint primi, quorum vnus non sit ab altero. Quid hic aut Arrius aliud, aut Samosatenus, q̃ illud, Risum teneatis amici. II.

Pelagius Christianæ gratiæ hostis, suum diu coxit monachali sub pallio venenum, quod varijs Patrum Concilijs etsi fuerit damnatum: tamen nunc quoque à Lutheri discipulis in lucem reuocatum, Euangelij titulo recrudescit in Saxonia. *Pelagianismus. An. 415.*

Ioannes enim Pfeffingerus pastor Lipsen. vnà cum Schola Lipsen. docet hominem naturalibus liberi arbitrij viribus sese ad gratiã disponere ac pręparare posse, vt ipsi sanctus infundatur Spiritus. Sic enim definiuisse publica disputatione de libero arbitrio ait Nicolaus Amsdorffius Cõfessione puræ

doctrinæ. Homo ſuis (inquit) naturalibus viribus Verbo aſſentiri, promiſſionem apprehẽdere, & Spirituiſancto non repugnare poteſt. Illyricus Melanchthonem quoque huius inſimulat erroris libro, Bericht.

Sic quod Pelagius negabat eſſe peccatum originale in pueris, nũc Zvvinglius Seruetusq́; aiunt eſſe naturæ morbum. Item naſci bonos, & Dei hæredes non renaſci: ſic nunc Bucerus. Rurſus hominem poſſe ſolis naturalibus virtutibus & meritis vitam æternam impetrare, vt Cato & Scipio, quos ſaluatos dicit Zvvinglius lib. contra Vrbanum Regium. Sacramentarios quoq; damnat Confeſsio Mansfelden. quòd Ariſtidem & Pomponium Atticum docent ſine agnitione Chriſti per naturæ legem eſſe ſaluatos.

III. *Berengarianiſmus. An. 1050.* Berengarius verò, Sacramentariorũ omnium Pater, ante annos 500. etſi varijs fuerit concilijs damnatus, atq; ſuo quoque ipſius iudicio erroris manife-

ſtiſſ.

ſtiſſ. conuictus,& ad ſuum dogma ſuo iugulandum ſtylo rei veritate coactus: tamen nūc in Carolſtadio, Zvvinglio, Caluino, adeoq; Melanchthone illo Germanorum Cothurno, imò totius ſcænæ huius Dauo, planè reuiuiſcit. Quòd ſi poſt hæreſes cōcilijs Eccleſiaſticis quidē damnatas,& ab iſtis Euangelicis in lucem reuocatas illos aggrediamur commemorare errores,qui pridem omnium iudicio damnati, nunc multorū cum indubia pernicie repullulaſcunt,dies nos priùs hic deſtituet. Inſtituti tamen ratio,quia ita poſtulat, tantùm nobiliores recenſebimus,vt in Euāgelicis iſtis verè agnoſcas nō Chriſti Euangelium, ſed illos Antichriſti pſeudoapoſtolos renatos. *Hæreſiarcharum errores per Euangelicos repullulaſcere.*

I.

Simon ille Magus docuit nos per opera (teſte D.Theodor. & Irenæo)nō ſaluari,ſed per fidem. An non hic reuiuiſcere tibi videatur in Luthero,Illyrico,& Antidiaphoriſtis, qui opera bona non ſolùm docet non neceſſaria,ſed *Simon Magus. An. 50.*

ad salutem perniciosa? Idem Deum faciebat peccati authorem, sic & Lutherus, ait Rex Angliæ, sic Caluinus teste Heshusio, & Libertini, vt ait Caluinus.

II. *Hymenæus* *An. 60.* Hymenæus, & Phyletus asserebant carnis resurrectionem iam esse factam, aliamq; non esse corporum expectandam. Sic sanè quondã Antvverpæ stolidus ille Loistarum paterculus. Item Libertini in Gallijs docent, teste Caluino in Actis Serueti.

III. *Ebion.* *An. 80.* Ebionem ab orco reuocat Adam Pastoris Anabaptista, Christũ negans naturâ Deum, sed merum hominem de Maria natum.

IIII. *Cerinthus.* *An. 70.* Cerinthũ illum Iudaizantẽ Chiliastæ resuscitãt Anabaptistæ quidã, corporale Christi regnũ post resurrectionem futurum, vt ait Sebast. Francus.

V. *Valentinus.* *An. 20.* Valentinus Christum dixit corpus attulisse è cælo. Sic etiã Caspar Svvencfeldius, teste Beza Com. ad Rom. ca. I.

VI. *Basilides.* *An. 140.* Basilides docuit Christum humanã naturã ex virgine nõ assumpsisse: sic ho-

die

die Melchior Hoffman ait formula. Ec. Augustanæ Anno 56. Sic & Menno Colloquio Vvismarien. contra Micronium idem defendit. Rursum Christũ secundum animam habere substãtiam æternam. Sic Seruetus in dialogis & Postel. in Claue Absconditorum. *VII.*

Gnostici, à Nicolao diacono, gnosin, id est, eximiam cęlestiũ mysteriorũ cognitionem iactante, dicti, animã humanam aiebant esse ex Dei substantia. Sic hodie Libertini animam omnem morientem ad Deum redire, illiq; reduniri fabulãtur. Caluinus in instruct. contra anabap. *Gnostici. An. 50.* *VIII.*

Cerdon Apostolorum quoq; ætate Vetus Testa. spernebat, quasi in Prophetis non fuisset Christi Spiritus. Sic nunc Seruetus sensit, teste Caluino in Actis eius. *Cerdon. An. 60.* *IX.*

Marcion Christũ esse opinione & phantasmate passum. Ita Libertini aliquot Valentianę supplicio affecti, teste Caluino in Instruct. contra Anabap. *Marcion. An. 90.*

Noua-

eſt. Sic & cum Manichęo Deũ blaſphemat, de legis Dei implendæ impoſsibilitate. Item, Baptiſmum in aqua nihil adferre ſalutis. Tamẽ Lutherus baptiſmum vult ſuſcipiendum, tanquam donatæ dudũ gratiæ ſigillum. Verùm his in dogmatib⁹ Caluinus ſuo cũ Zvvinglio, Manichæum exprimit ad viuum magis, qui ſuperiora oṁia ab illius inſania mutuatus, etiam cum Manichæis affirmat, Baptiſmum aquæ non eſſe neceſſariũ, vti & Svvencfeldius. Sicut ille negabat Chriſtum habuiſſe verum corpus humanũ: ita Anabaptiſtæ, ait Caluinus in Inſtruct. Chriſti corpus fuiſſe verum phantaſma, nõ humanæ naturæ ex virgine, ſed cæleſtis ex Deo. Sic ſanè Menno Colloq. Vviſmar.

*II.* *III.* *IIII.* *XII.*

Donatiſtæ ſentiebant Sacramenta ab impuris aut malis Sacerdotibus adminiſtrata, eſſe nulla, ideoq; rebaptizabant. Sic Svvencfeldius miniſtros ineptos, & non timentes Deum, docet, ſuum miniſterium in docendo, & Sacramen-

*Donatiſtæ. An 300.*

cramentis porrigendis, nō posse expedire, vt habet Confessio Mansfelden.

Donatistæ quoq; apud D. Optatum sacrum Chrisma docēt conspuendum & conculcandum: Sic Caluinus nefarijs illudit verbis: & Beza, quánam per Gallias tractarit religione, calamitas loquitur Gallica.

XIII. *Massaliani* *An. 330.* Massaliani, teste Damasceno de Hæresibus, negabant baptismum homines

I. perficere, id est, τελεῖν, & sanctificare, atque Sacramenta sordes animi expiare. Planè nunc ita Lutherus, Caluinus, & Svvencfeldius, Baptismum adeò docēt inefficacem, vt peccatum Originis verè maneat, neq; animus peccati labe expietur, aut cor expurgetur.

II. Item sacrosanctam Eucharistiā aiebant sub panis specie non habere sanguinem Domini, sed tātum corpus teste Theodoreto: Sic & Lutherani in Polonia, quod affirmat Confessio Po-

*Apolo. cōtra Colon.* lonica: & Iustus Velsius ait, plus esse sub vtraque specie, quàm sub altera: ꝙ

fortas-

fortaſsis ad ſpecies potius, quàm ad res ipſas pertinere interpretabitur, ſi in ſua tamen perſiſtat nobis dudũ coràm expoſita ſententia.

Rũrſus Ordinis Sacramentum non eſſe Sacramentum, neq; conferri Clericis Spiritumſanctum. Iſtud dogma Euangelici omnes renouant, dum ex Sacramẽtorum numero tollunt Ordinationem, niſi quòd Melanchthon ſui pridem plagij pœnitens, nunc optaret & ſuo reſtitutum loco. Velſius quoq; in Apolog. non arbitratur pugnaciter reijcendum. *III.*

Porphyrius, Eunomius, Euſtathius, Vigilantius, alijq; Hagiomaſtiges, Sanctorum miracula aiebant eſſe Dæmonum præſtigias, neq; eorum reliquias venerandas, neque ſanctos ad auxiliũ inuocandos. Horum inſana dogmata nũc ab orco reuocãt Lutherus, Zvvinglius, Caluinus, alijque prope omnes Euangelici. *XIIII.* *Vigilantius An. 360.*

Aëtius negabat ieiunandum certis diebus *XV.* *Aëtius. An. 350.*

diebus ab Ecclesia præscriptis, & offerendum pro defunctis.

Istius impia dogmata per Lutherũ, Caluinũq; ita repullularunt, vt & plurimos, qui eorum reliquos execrantur errores, hoc suo venenato afflarint toxico.

XVI. Iouinianus. An. 370.

Iouinianus Virginitatem negabat præstare Matrimonio. Id Lutherus nouus Euangelista suo probat Epithalamio, quo plurimas deuotas Christo sponsas in nefaria pellexit adulteria. Eius quoq; exemplum imitati plæriq; omnes Euangelicorum Concionatores, suorum rei votorum, carnales amplexantur nuptias, obliti certam ipsos manere damnationem, quòd primam fidem Deo sanctè promissam, irritam fecerunt, ac sacrilegè violarunt.

XVII. Nestoriani An. 400.

Nestoriani, teste D. Cyrillo epist. ad Calosyr. negabant S. Euchariſtiam habere corpus Domini extra vsum Sacramenti. Hanc impietatem & Lutherani renouarunt, docentes tantisper esse

esse corpus Domini, dum sumitur.

Itaq; vides, mi Dubitanti, nullum esse errorem tam insanum, tam damnatum, tam abominandum, quem non Euangelici isti suis discipulis non audeant Euangelij titulo obtrudere.

Proindè fusiùs hasce priscas Catholicæ Dei Ecclesiæ pestes hic tibi, Dubitanti, ceu in Tabella contemplandas volui depingere, vt semel liqueat, q̃ impudenter Diabolus nũc sua prisca mẽdacia, olim Ecclesiæ iudicio damnata, Euangelij titulo hominibus contendat venditare. Hac enim ratione nouũ illius Sathanismum, seu veriùs Antichristianismum, agnoscas per Lutherũ eiusque in Ecclesiam Dei coniuratos, etsi factionibus diuulsos, socialis tamẽ belli studio & Syncretismo, quasi illarum Sampsonis vulpecularum caudis coniunctos, in Antichristi sui aduentum veluti præludio renouatum.

Quod vt Diabolus nunc impotentiori studio, quàm aliàs vnquàm, cona-

O tus

tus est, nihil prætermittens occasionis, quò incautis atq; salutis suæ æternæ negligentioribus Christianis imponat facilius: ita Deus Opt. suorum custos vigilantissimus, vix alias vnquàm tot suis electis ostendit argumenta sanè luculenta, quibus istas diaboli infestiss. hostis fraudes facillimè agnoscant, execrentur, effugiant.

Hoc vti ex tot sectarũ inter se adeò variè dissectarũ varia multitudine dudum ostendimus, quæ maiorem multò populi Christiani gregẽ proculdubiò suos in errorem laqueos pertraherent, nisi tot essent, & tam varij essent, adeoque inter se, etsi Euangelij titulo quisque insigniti, ex diametro pugnantes: ita & nunc videre licet, veritatem videre volentibus, non modò ex renouatis illis priscis hæresibus, iudicio Ecclesiæ certò Catholicæ atq; Christianæ damnatissimis, sed ex putido quoq; obsoletoq; Iudaismo etiam Euãgelij titulo, si Christo placet, Christianis obtruso.

DVB.

DVB. Papæ, eheu nostri téporis miseriam: Itane Christianos degenerare in Iudæos? O miserum Christi gregem. CON. Sanè miserrimum, si hanc lõgè miserrimam Christianarum animarum captiuitatem seriò cogites plus q̃ Tyrannicam, Babylonicam, Turcicã. Nam & Mahumetismum, quot partibus nunc Euangelij etiam prætextu incautis obtrudant Euangelici isti, animus meminisse horret. Sed priùs de Iudaismo Germanijs Gallijsq; inducto, mox de Mahumetismo Turcicæ seruitutis (vereor equidem atque ô vtinam vanus sim vates) Lucernario atq; Præambulone dicendũ venit. Tu animum attende seriùs.

Iudaismum per Euangelicos nõ exiguis partibus esse prætextu Euangelij inuectum, nunc paucis exponemus. *Iudaismus per Euangelicos inuectus Euangelij titulo.*

1. Nõ esse in S. Trinitate personas tres, sed vt Deum vnum, ita & personam vnã illi blaterant. Idem Seruetus lib. 3. de Trinitate; Iesum Nazarenũ non es- *1. Trinitas.* *2. Iesus Naza-*

*verus an Mesias.* se verum illum Prophetam Messiam, & Emanuelem promissum, Iudæi suæ impietatis habent fundamẽtum: quod & suis persuadere conatus est Dauidgeorgius, vt aiunt Basilien. in eius vita. Se enim esse verum illum tertium Dauidem, promissum, & alia blasphema dudum commemorata.

3. *Christus an alia persona* Christum non esse personam aliam à Patre Iudæi credunt: sic & Illyricus & Seruetus λόγον Verbum apud Ioannem Euangelistam negant significare personam à Patre aliam, vti Staphylus *Staphyl. de concord.* ait, eaq; de caussa Matthiam Illyricum fuisse condemnatũ ab Academia Vvittenbergen. Similiter & Philippus Melanchthon de eodem testatur Epist. ad Superintendentes Saxo. an. 57.

4. *Christus an Deus.* Christum non esse verum & naturâ Deũ Iudæi aiũt, vti & Seruetus, Svvencfeldius, Adã pastoris, & Euangelici alij Sabbatarij, nõ rectè de Christi diuinitate sentientes, teste Staphylo de Sect.

5. *Vsuræ licitæ* Vsuras esse licitas Iudæi non solùm

sen-

ſentiunt,ſed tota ipſorum vita, quæ ex eis conſtat loquitur,quibus omnes ferè mundi totius nationes exhauriunt. Has etiam Euangelij prætextu licitas docet Bucerus in Matthæum Commét.& Molinæus de eo quod Intereſt. Imò Lutheri mandato ſeſe vſuras exercere dictitat ille N.Paſtor ad Hyeræ vadum,ait Quærela Lutheri pridem in lucem edita. *ta Euangelicis.*

6. *Matrimonij leges.*

Matrimonium ſecundum Moſaicas leges in affinitatibus colunt Iudæi: ſic & Melanchthon locis cõmun. Anno 52.vult ſeruandas Moyſi leges,non Eccleſiæ Canones.

7. *Matrimonium an diſſolubile.*

Matrimonium propter adulterium diſſoluunt Iudæi,ita vt liceat aliam ducere: Sic & Euangelici eadem de cauſa diſſoluenda docent,ita vt perſonæ innocenti liceat alteri nubere. Melanch. Loc.Communibus anno 52.& Examine Ordinandorum.Vnde & factum legimus, vt quidam intra ſemiannũ tres duxerit Geneuæ vxores, quòd ſecun-

dum Euangelium duas probarat adulteras Caluino iudice.

8. *Iudicialia secundum Moysen exercenda.* Leges Iudiciales & forenses secundum Moysen seruant Iudæi: sic & Carolstadius leges Iudiciales Mosaicas volebat seruandas, ait Melanch. Apologia Augustana in articulum 16. Rursus libro Chron. 3. non volebat videri prorsus abolere leges, sed contendebat oportere iudicia exerceri iuxta Forenses leges Moysi.

9. *Canon Scripturarum.* Scripturarum Canonem habent suũ Iudæi à Christianis diuersum: Itaq; Euangelici Iudæos sequi malunt, quam Christianos in reijciendis à Canone, vti Machabæorum, & Ecclesiast. Hos enim reijciunt cum Iudæis Euangelici. Sic & in suscipiendis libris sacris Iudæos imitantur, vti duos libros posteriores Esdræ Bullingerus contendit esse Canonicos contra Catholicæ Christi Ecclesiæ decreta.

10. *Sensus Scripturarum.* Rursus loca scripturarũ malunt Euangelici cũ Iudæis contra Christum aut sacrosanctam Trini-

tatem

tatem peruertere, vti Oecolampadius cum Aquila illud Esa.7. Ecce iuuencula concipiet: Sic Caluinus testimonia de personarum Trinitate & Christi diuinitatę ab omnibus Christianis interpretibus sic intellecta, veluti Iudæorũ patronum agens extenuat, ait Heshusius de erroribus Caluini in fine suæ Confess. de Eucharist.

Iudæi in Christi Domini ludibrium Sacramẽta appellant Sekertminit, quasi falsa signa: Sic & Carolstadius Sacramentũ altaris appellitabat Sekerment, cum Iudæis nos illudens: neque enim duo, neq; septem Sacramenta nouit: vti eius olim discipulus testatur Eras. Alberus lib. 2. contra Carolst. 11.

Iudæi statim à resipiscentia atque à dolore de peccato aiunt remissum peccatum, nullam agentes pœnitentiam, neque confitentes, ait Postellus: sic & hodie passim omnes Euangelici, pœnitentia quæ est in ieiunio, fletu, & planctu explosa, Confessione, quam Chri- 12. *Pœnitentia Iudaica.*

*Concordia Euangelicorum cum Iudæis in cæremonijs.* stus & Apostoli tradiderunt Ecclesiæ, irrita atq; exturbata, nullis suis animorum vulneribus adhibent remedium salutare, quod verè sanet. Sed quę nunc diximus, fidei capita contingūt. Quod si & cæremonias cogites, videas Euangelicos plusquam semijudæos.

Ad Christi mentionem non inflectunt genua Iudæi, ait D. Hieronymus lib. 3. in Esaiam: sic & Euangelici pias tollunt venerationis & reuerentiæ cæremonias, nolentes ad Christi nomen genua inflecti, aut caput aperiri: Tametsi Lutherus laudet probetque lib. de Concilijs.

14. *Nomen Iesu execrantur & Mariæ.* Nomen Iesu execrantur Iudæi, foedis nominibus eum & S. Virginem matrem blasphemantes: ita & per Frisiam nomen Iesu, quod Christiani vel admirantes, vel imprecantes vsurpare solemus, illi pręposterè sua superstitione in Ieni. quibusdā videntur corrupisse, ne in vanū homines verè superstitiosi tam sacrum nomen videantur sumpsisse.

Eodem planè errore nec salutati in Dei nomine resalutãt, sed mutatis Christianis salutandi & imprecandi formulis, in Dei aut Iesu nomine vsitatis, illi reddunt, Bona dies: pro, Deus rependat, illi, habeo gratiam. Taceo maledicta, quæ plus quàm Iudaica in Virginẽ matrem miseri euomunt Anabaptistæ. 15.

Crucis signũ vt maledictũ & anathema fugiunt Iudæi, nec in fronte pingere volunt: Ita & Euangelici Crucis figuram multis in locis abolent, & tãquam maledictum in fronte ferre aut pingere horrent, adeò vt Lutherus ipse festum Crucis tanquam semijudæus anathemate damnauerit. Festa S. Crucis, inquit lib. de Missandi formula an. 24. anathema sunt. Brentius verò cum alijs quibusdam impijs Catholicos ob pias S. Crucis cæremonias sacrilegæ Magiæ accusare non veretur, atque plus quàm Iudaicè pias Ecclesiæ cæremonias, & consecrationes, quæ teste D. Augustino non sine Cruce confi-

*Crucis signum exhorrent.*

*Festum S. Crucis Luthero est anathema.*

16. ciuntur, exagitat, ſubſannat, exibilat.

*Imagines.* Imagines Iudæi non ferunt, vti nec Zvvingliani, ſiue Caluiniani, quemadmodum Synagoga Geneuæ loquitur, nullam omnino habens Turcico more vllius rei imaginem.

17. *Sabbatiſantes.* Sabbatizantes etiam hodiè Iudæos videas, quos Euangelicorum quidam imitati, cum Iudæis ſabbata colunt, ait Staphylus in Apolog. Docuit enim Carolſtadius, nullum feſtum præter Sabbathum colendum, Eraſ. Alberus contra Carolſt.

18. *Meſsiæ aduentus.* Meſsiam non veniſſe aiunt Iudæi, ſuum Antichriſtum expectantes: ſic & Bucerus ſub mortem Ieſum Nazarenum dixit non eſſe illum Saluatorem, quem Deus promiſit Patribus, vti ſuperiùs in Bucerianis diximus fuſiùs. Dauidgeorgius quoq; negabat Meſsiam noſtrum Ieſum Nazarenum eſſe illum adeò magnificè promiſſum, verumq; mundi Saluatorem.

19 *Finis mũdi.* Finē mundi futurũ aiũt Iudæi ſecun

dum

dum Eliæ prophetiã intra annos 500. i. sexto millenario. Sic Lutherus & Melanchthon suis in Chronicis, quæ Carionis nomine edidisse Melanchthonẽ ait Lutherus præfat. sui Chronic. Ger. 20.

Porrò ne quid Iudæis saluum relinquant Euangelici, inter eos etiam est reperire, qui circuncisionem carnis reuocent vnde & circumcisos quosdam narrat Hosius. *Circuncisio.* 21.

His non absimiles sunt, qui manna in Cœna Dominica sese edere adfirmant, ne quid à Iudæis varient. *Mannarij. Cap. 7.*

Nunc ad Mahumetismum orationẽ conuertamus, vnde perspicuum fiat, quantum Germania per Euangelicos à Christianismo degenerarit, ac quàm ferè vicino, imò inhianti hosti Turcarum Imperatori Mahumetis alumno iam nunc seruire cœperit. Quàm enim fidelem huic seruituti omnium miserrimæ, quæ & captiuitatem Babylonicã plurimis vincat partibus, nauarit operam Lutherus, vel eo solo agnoscas, ꝙ in *Concordia Euangelico rũ cũ Mahumetanis. Quã Turcis fauerit Lutherus initio pseudeuangelij. Asserit talem 24. lib.*

*contra duo edicta Caesaris. De potest. Secul.*

in ortu sui Euangelij magna cõtentione docebat Turcis non esse resistendũ, non esse tributa pendenda, nec collectas faciendas ad inferendũ Turcę bellum. Hanc seruitutis Turcicae originẽ, vide nunc quaeso quo pacto Euangelici in Christianos à vero Christi Euangelio seductos deriuarint, vt quos nõdum potuêre Tyrannico Turcae imperio subiugare seruos, saltem Mahumetis Alcorano fecere discipulos. Qui enim in Mahumetis Lege siue disciplina (quam Alcoran, quasi lectionem superbissimo appellauit nomine, haud sanè humiliùs, quàm Euangelici suas nugas humanaq́, figmenta Euangelium, Deiq́; verbum) sunt versati, testantur eodem planè exordio Mahumetũ Christianos ad defectionem à Christi Religione solicitasse & induxisse, quo Lutherus nunc Germaniam, & Caluinistae Galliam: vt eundem illum Impostorem vtrobique agnoscas spiritum, quem Paulus rectè depingit es-

*Euangelici qui nondum Turcae iugo premũtur, etiam nunc Turcarum Alcorano seruiunt dolo malo Euãgelicorum.*

*Exordium Lutheri, quale Mahumetis.*

*1. Cor. 14.*

ſe τῆς ἀκαταστασίας & diſſenſionis Deū, ꝙ hæreſes primùm ferat, deinde ex concordibus facit diſcordes, diſſentientes, tumultuantes, rebelles, bello denique inteſtino Eccleſiam Dei diuexantes, dilacerantes, euertentes.

Verùm hîc prolixior foret catalogus, qui omnia exponat, quæ Luthero, alijsq; Euangelicis Pſeudoprophetis cum Mahumeto Pſeudopropheta ſunt communia. Nos hîc breuitatis cauſa illa tantùm narrabimus, quæ inter hos infeſtiſsimos Chriſtianæ Eccleſiæ hoſtes ſunt aut in religionis nouatione, aut rituum mutatione communia. Deinde quæ Euangelici adferunt magis impia, etiam in Deū, Chriſtúmue eius magis blaſphema, q̃ quæ Mahumetus.

Vt enim Mahumetus ſibi autoritatem aliquam in ijs, quę moliebatur, cóciliaret, ſeſe vnum Legem & Euangelium tenere aiebat, ſe primū vidiſſe quæ rectè docenda & emendanda in vtroq; Teſtamēto viderentur. vnde & Nouū

*I. Bibliorum corruptio.*

*Arrogantia Mahumeti qua ſe Spiritūſan*

Teſt.

ſti Euangeliſtam; Oſiander ſe eſſe alterum Enoch, & illud Flandricum anathema Dauidgeorgius verum Chriſtű ſeſe iactitabat.

2. Ex Lutheranis & ex Alcorano natæ ſectæ ſeptuaginta.

Verùm vt illius Alcoranű mox peperit ſectas 70. ita & nos ad 70. & amplius Euangelicorű recēſuimus ſectas.

3. Iudex controuerſiarum Lex Dei.

Cæterùm ne quem ferret iudicem ſuæ abominandæ doctrinæ Mahumetus, voluit ſecundű Legem diuinam eſ ſe iudicandum, hoc eſt, ſecundum ſua ſcripta, quæ ex vtroq; Teſtamento cőſarcinarat, & à genuino ſenſu detorſerat deprauata. Ideoq; vetat frequētiſsimè, ne Iudices patiantur Mahumetani Iudæos aut Chriſtianos. An non etiam hoc ſuperciliű & in Euãgelicis agnoſcas, qui nullű ferűt ſuę doctrinæ iudicē alium, quàm ſuæ ſectæ? Patres fuiſſe homines, dogmata deprauaſſe, à vero declinaſſe, Concilia erraſſe? Deniq; vnű Dei verbum, Scripturam Sacram ſe iudicē facere, imò à Patribus, quos diffiteri nequeunt Catholicis concorditer

ſenti-

ſentire & docere, ad Chriſtum iudicem viuorum & mortuorum appellare vti Brentius in 2. Pericope. Iam ſi moderatiores etiam Scripturam admittant iudicem: eam non niſi Lutheri, aut alterius verſione deprauatam & adulteratam admittunt. Et cùm tota de ſenſu Scripturæ ſit controuerſia, omnẽ alium malunt admittere, quàm eum, quem totus hactenus obtinuit, cócorditerq́; coluit Orbis Chriſtianus.

*4. Concordia Euangelicorum cũ Mahumeti [illegible] circa [illegible] vitæ legibus.*

4\. Porrò vbi Mahumetus ſenſit ſuas placere populo, quas feciſſet fabulas, illis iactis ad omnem impietatem fundamentis, progreditur & ad pias vitæ inſtituendæ rationes peruertendas: quod longè omnium plebeculæ ſciebat fore gratiſsimum.

*Quadrageſima ſublata per Mahumetũ & Lutherum.*

Quadrageſimam enim Apoſtolorum traditione toto orbe ante Paſcha obſeruatiſsimam abrogat, ac in Quadrageſimam vnius Lunæ, quæ quouis anni tempore obueniret, tranſmutat. Lutherus verò ſuam Euangelicis prædicans

dicans libertatem, cùm seruus esset, vti D. Petrus de similibus Diaboli mancipijs ait, perditionis, libera voluit esse non modò totius anni ieiunia: sed & quadrigesimam ipsam, omniumq; ciborum vsum quouis tempore liberũ, ne vllam ferret hîc Apostolorum, aut Conciliorum legem.

5. Festa mutata.

Dies festos Mahumetum nouasse satis inde liquet, quòd & Dominicã ausus est in diem Veneris commutare. Hunc quàm imitentur Euangelici, docent festi SS. dies maxima ex parte ab eis abrogati. Narrat Erasmus Alberus Carolstadium festa omnia abrogasse, nec vllum festum præter Sabbathum docuisse colendum. Equidem die Assumptiõis D. Virginis memini me per Germaniam videre populum prophanis suis manuum operibus publicè deditum, vt alibi Carolstadiani die Natali Domini. Cæterùm quantopere cupiat Diem Dñicum Paschæ immutatũ Lutherus, Docet lib. de Concilijs.

Lib. contra Sacramentarios.

6\. *Imagines abolitæ. Erasm. Alber contra Carolst.*

Sed à S S. festis ad S S. imagines sicuti est facilis progressus, ita vti Mahumetus sacras Imagines deleuit, quô Iudæos sibi conciliaret, abolendo suorum Mechensium ciuium idola Allet & Tagot: Ita Euangelici, inprimis Sacramẽtarij, Carolstadius, Caluinus &c. omnes omnium Diuorum, etiam Christi Domini Crucifixi, abolent imagines, Lutherani verò vnam aut alteram seruandam volunt, vti Vvittenbergæ Serpentis à Mose de furca suspensi, & Crucifixi. Item baptismi & Cœnæ.

7\. *Sanctorũ cultus & inuocatio cur à Mahumeto sublata.*

Mahumetus vt omnia innouaret, Dei vnius prætexebat cultum. Itaque Mariam à Christianis pro Dea haberi calumniabatur, vnde & Mariæ, omniumq; Sanctorũ Christi Martyrum cultum omnem abrogauit. An non & Lutherus, alijq; ad vnum omnes Euangelici, ideo Sanctos colendos, aut oratione inuocandos negant, quòd hoc sit idololatricũ? quod eos facimus Deos? quod noua colimus numina? Sanè sic

ad

ad verbum Apologia Confeſſ. Auguſtanæ Catholicos diſertè calumniatur, ſed imperitiſsimè.

Rurſus vt Mahumetani ſuos pro ſanctis colunt: eorum enim habēt memorias & loca religioſa, quæ peregrinationis ergò frequentiſsimi viſitant: ita & Euangelici ſuorum Chriſtimaſtygum colligunt Martyrologia, Loſsius, Caluinus, Adrianus Hamſtedius, atque Foxus. Colitur Diario Sanctorum Lutheri aſſcriptus Ioan. Huſsius Pragenſis & Vviclefus, ait Poſtellus. Imò & Lutheri effigiem nuper admodū vidi Sancti Martini elogio decoratā, vnde & quidam eum Diuum ſcribere non dubitauit, quem nunc Sathan ſub Luciferi ſella detinet catenatum, expectans quanam afficiet pœna, quam non antè accipiet definitam (quod ipſe de Arrio teſtatur Auguſtinum ſcribere) quàm eius error, quo orbem contaminauit, finem inuenerit. Zvvingliani ſuum colunt martyrē Zvvingliū, Anabaptiſtæ

*8. Noui Sancti pro ueteris antiquis culti.*

*Luther Sancti & Diui Martini elogio honoratur & colitur.*

*Lutheri pœna nondum tota definita.*

*Lib. de Cōcil.*

Muntzerum & Ioan. ſartorem Leiden.

*Eraſ. Alberus lib. 2. contra Carolſtad.* Iam ſi Chriſti Sacramenta cogites, vide quàm Euangelici planè facti ſint Mahumetani. Ille enim baptiſmũ contempſit ceu inutilem: Caluinus, Svvencfeldius, alijq́ue plurimi docent Baptiſmum nõ eſſe neceſſarium. Porrò quòd ſit facilior rerum non neceſſariarũ contẽptus, quàm negligẽtia, res ipſa nunc loquitur: quòd plurimi baptiſmo non vtantur tanquam non neceſſario.

9. *Baptiſmum non eſſe neceſſarium.*

10. *Vſus Sacramentorum. Vide Barthol. Hungarum de Turcarum ritibus.* Mahumetani non circumcidunt niſi loquendi ac rationis vſu præditos. i. ſeptem aut octo annorum. Idem de baptiſmi tempore & Adrianus Haemſtedius ſuadere conabatur, & Anabaptiſtæ ſuis probant exemplis.

11. *Matrimonium.* Matrimonia item contrahunt ſine iuramentis. Caluinus matrimoniũ negat eſſe clandeſtinum, cuius modò ſcriptæ ſint Tabulæ, Epiſt. ab Petrũ Danthenum ex ſententia Collegarum.

12. *Infœcunditas diſſolu-* Apud Mahumetanos diuortium faciunt improbi mores, infœcũditas, ait Bar-

Bartholomæus Hungarus: An non & apud Euangelicos similia reperire est exempla minimè obscura? Oecolampadium priore deserta duxisse alteram, illa frustrà licet publicè occlamante suum illum esse maritum, oculati testes affirmant. *luit Matrimoniū apud Turcas.*

Nota est toto orbe illa memorabilis Anglici diuortij Historia, quæ infelicissimam vt Ecclesiæ Christi peperit tragœdiam: ita regno perniciem deploratissimam.

13. *Polygamia.*

Polygamiam suis prædicasse Mahumetum extra controuersiam est. Eandem suis commendasse Bucerum testatur Vvintonien. & exempla Lutheranorum per Poloniam extant plurima. De anabaptistarū polygamia nihil superest scrupuli: cum Hetzerus tredecim duxerit vxores.

Quid non eam Bucerus quoq; collaudaret, qui ignorare non potuit orbi toti notissimam illam Lutheri, quam dicunt Dispensationem, qua suffragan- *Eras. Alberus cōtra Carolstadiū*

te, vti ferũt, cùm alijs plurimis, tum magni cuidam nominis Ioan. Oldendorpio permisit, vt priore coniuge superstite, alteram duceret vxorem?

Sanè extant hodie (inquit Staphylus in Apologia) Lutheri & Melanchthonis epistolæ & consilia per literas data, quibus illi apertè permittunt, fasq́ue, iusq́; esse pronunciant, maritum vnum duas legitimas vxores habere.

Possent etiam exempla aliquot, quę cum horum Prophetarũ doctrina pulchrè concinant, & ab ijsdem Prophetis approbata sunt, reipsa proferri, & vel digitis demonstrari.

14. *Christi mors negata, Lib. contra Libertinos.* Porrò ne quid desideres in Euangelicis Mahumeticum, sunt inter eos, teste Caluino, qui Christum negant in Cruce obijsse, sed tantùm opinatione, cuius sententiæ duos fuisse Valentianæ affectos extremo supplicio, ait libro contra Libertinos.

*Cap 8. Impietate dogmatum* Quòd si molestum non erit, paucis commemorabimus ea, quibus longè magis

magis impios videas Euãgelicos, quàm Mahumetanos, quos Turcas dicimus. Mahumetus quò suis piam in speciem commendaret vitam, negabat aliena cuiquã prodesse opera, vt sic à Sanctorum & Christi meritis suos auocaret, proprijs cum Pelagio & Zvvinglio nixos operibus. Lutherus verò non modò Sanctorum negat opera alijs vtilia, sed nostra propria om̃ia facit peccata, vt vt fiant à Spiritusancto, piorum corda inhabitante.

*Euangelici uincunt Mahumetum.*

1\. *Opera bona laudat Mahumetus.*

2\. *S. Eucharistiam reuerenter habet Mahumetus.*

Eucharistiam Mahumetus nõ abo leuit, sed in Deum authorẽ retulit. etsi enim negaret esse in recordationẽ mortis domini, quẽ blasphemat nõ crucifixum, nec mortuum: tamen tantam in ea esse vim, ait cap. 4. Alcorani, vt confirmentur in fide & bonis operibus, quotquot de eo gustant, & sine remedio quoq; esse damnatos, qui postquã de eo comederunt impij sunt facti. Hîc si cogites Euangelicorum doctrinã, agnosces hos illo multò magis impios.

*Quid efficiat Eucharistia dignè accepta, aut indignè, iudicio Mahumeti.*

 pios.

pios. An enim aliud, quàm panem pistorium ſeſe Caluiniſtæ accipere, aut Chriſtum Apoſtolis dediſſe credunt? Aut ſi cum Luthero credũt ſe Chriſtũ cum pane accipere, non tamen adorãt, dum illic præſentem volunt: quaſi Deus eſſe deſinat, vbi in Euchariſtia præſens creditur, magis quàm in Cœlo. An non canibus S. Euchariſtiam obiectam in Anglia Ioan. Foxus refert? An non pedibus conculcatã meminimus Tornaci anno 56. & anno ſuperiore Pariſijs? Adhæc Auerrois Chriſtianos dicebat impios, quòd Chriſtũ Deũ ſuũ ederent: Sed Carolſtadius nos appellat θεόκτονας Deicidas, quod Dei filium deuorare volumus, O cælum? ô terra?

*Gottes morder.*

*Eraſ. Alberus lib. 2. contra Carolſtad.*

3\. *Sacros ordines quouſque ſeruarit Mahametus.*

Ordines ſacros etſi Mahumetus ſuſtulit, non tamen eò inſaniæ blaſphemæ proruit, vt eos cum Luthero diceret è diabolo prodijſſe, Captiuit. Babylon. & aliàs ſępè, vt ait Poſtellus. Vterque initiationẽ reiecit: ſed ille certi generis homines religioſos, qui concionantur,

nantur, aut de iure ex Alcorano respō-
dent Mupthios, Cadios & Talimean-
nos sacrorum curam habere voluit. Lu
therus verò nec fœminas ab Euangelij
ministerio: imò à peccatorum absolu-
tione submouit, nedū vilissimos cerdo
nes, pelliarios, vespillones, lenones.
Quid, quòd ne Carnifices quidē Calui
nistæ suo ministerio censent indignos.

*Mupthij. Cadij. Talimeanni.*

Cæterùm vt tandem finem faciam
concordię cum Mahumeto Lutheri &
Euangelicorū, illud postremò est cōsi-
derandum, vtrosq; ex eodem impieta-
tis fonte suos eructasse, expuisse, euo-
muisse errores, qui liberū hominibus
tolleret arbitrium: quanquam Mahu-
metus hac in parte à Luthero & Euan-
gelicis impietate vincatur tam Luthe-
ranis quàm Zvvinglianis: ꝙ ille hac in
doctrina reperiatur varius & incon-
stans: hi verò conceptū semel venenū
insana obtinent pertinacia. nullum eñ
liberi arbitrij vsum in caussa æternæ sa
lutis esse docent puri puti Lutherani

*4. Liberū arbitrium magis ab Euāgelicis quā Mahumeto reiectum.*

& Caluiniſtæ: Sed qui vel maximè ſapere videri volunt, certè in diuinis reb. & religionis negotio pernegant.

5. Deniq; ne quid deſit Euãgelicis Mahumeticũ, ſunt inter eos qui, teſte Poſtello, inter ipſos diu cõuerſato, non ſatis habent duplo baptiſmate quotidie more Mahumetico intingi. Collige nũc mi Dubitanti capita, quibus Lutherus & Euangelici Mahumetum aut imitantur, aut ſuperãt. agnoſcis p̄ter S. Euchariſtiá, Ordines ſacros, Bona opera, Lib. arbitrium, quatuordecim adhuc ferè capita, cum Alcorano communia, quę ad omnem ſemel impietatem iam adaperuiſſe videntur oſtium.

*Baptiſmo quotidiano utũtur plus Euangelici quam Mahumetani.*

CAP. IX.

DVB. Cùm Euangelicorum quidã Sabbathum velint obſeruandum, ſunt ne qui diem Veneris cupiunt loco Dominicæ feriatam? quod aliquando de Caluino audire memini.

*Dies dominicus per Euangelicos tẽtatus*

CON. Iſtud equidem nõ affirmarim. Multa enim incerto feruntur rumore. Certè nihil illo poſſet iſtis verè Chri

ſti

ſti-oſoribus ſuo Euangelio fingi congruentius: qui vt reipſa Chriſtum Ieſum Chriſtianis tollunt, atq; de mentibus eũ, adeoq; de ore, vti retinctis mos eſt pro Ieſu ſonare Ieni, eripiunt: ita & Dominicæ diei triumphũ, quo de Diabolo, inferno, peccato & morte triumphauit, mirùm cur cum Mahumeto nõ aboleant. Sunt tamen Sabbatharij, qui an cum Sabbatho & Dominicam colant incertum habeo. Sanè huic fabulæ prçludium Diabolus ſtuduit per Lutherum edere. Nam lib. de Concilijs, Principibus perſuadere conatur, feſtum Paſchæ eſſe inter immobilia feſta computandũ, vt in quemuis diẽ incidere queat, ſicuti dies Natalis, Purificationis, & Apoſtolorum. Iudaizare enim, & nimis ſuperſtitiosè agere Eccleſiã & PP. Nicœnos ait, quòd poſt penilunium Martij, diem Paſchatis in diem ſolis collocarunt. Quod ſi ex Lutheri ſententia fiat, iã Apoſtolica perierit traditio, qua poſt Sabbathum Dominicam voluêre colen-

*quem Lut. conatur abo- olere lib. de Conc.*

*Luth. feſtũ Paſchæ uult transferens dum inter feſta immo- bilia.*

*Eccleſia Chriſti & PP. Conc. Niceni Luthero Iudai- zant.*

colendã Resurrectionem. Ab hac Iudaica prophanatione nõ abludit, quod Protestantium quidam carniũ inopia adacti, aliquot dies cogũtur à carnibus abstinere, quòd Catholicorum odio malle feruntur Die Dominico, quàm alia quauis Hebdomadis feria.

Fortaſsis illius magni Antichristi opus futurum est, vt Dies Dominica semel aboleatur. Quid enim illi suo mãcipio peculiariter relinqueret moliendum & innouandum Sathan, si nunc diem Dominicam vbiq, immutaret? Om̃ia enim Christi Domini beneficia Diabolus per electa sua isthæc Euangelicorũ organa Lutherum & Caluinũ, aliosq; non modò seductis illis Christi ouiculis fecit inutilia, imò venenato suo toxico pestifera: sed ipsum adeò Christum (si fieri posset) Christianorũ semel euulsit cordibus, ore nũc paſsim exclusit, adeoq; suo deturbauit cælesti throno.

*Christus Euangelicis per falsa Lutheri & Caluini dogmata factus est mors. Quidnam Diabolus per Lutherum aliosq; Syneuangelicos effecerit, & quam*

Nam primùm quidem Christum Iesum

ſum hominum mentibus, mox templo & Sacramẽtis, dein cælo ipſo exturbare eſt aggreſſus: quod nunc ſumma cõtentione per Lutherum & Caluinũ conatus moliebatur: ſed ſuum illum per Antichriſtum, cui iam nũc ſtrenuè militant Euãgelici omnes, magna ex parte conficiet. Verum quónam id gradu fuerit per Euangelicos commolitus, ſi libet contemplari accuratiùs, haud fuerit fortè infrugiferum.

*impietatem in orbem Euangelij titulo inuexerit.*

Vbi per lectiſsimum ſuum illud organũ Mart. Lutherum, eximium omis Hypocriſeos exemplar, monachali cucullo ceu ſanctimoniæ teſſera velatum homines ſuo ſpoliaſſet libero arbitrio, ac eis iam ſeruitutem vltroneam callidè impoſuiſſet plus quàm Babylonicã, expugnata hominum Chriſtianorũ arce, Chriſti vacua, (mentẽ dico liberũq; arbitrium, quod diaboli ille faciebat mancipium, quia peccati aſsidui & inexpiabilis ſeruum) ad Chriſtum ipſum ſuorũ pectoribus eiectũ (quod is cum pecca-

*Scalam impietatis per Lutherũ & Syneuangelicos erexit Diabolus, ut ſeſe pro Deo colendum perſuadeat.*

*An. 14.*
*An. 18.*

*Captiuo per Lutherum homine, Diabolus ad Chri*

*ſtum ipſum oppugnandū tranſit.*

peccato habitare nequeat, nec in corpore peccatis ſubdito) templis quoque exturbandum aggreditur, ſed quonam gradu obſecro attende ſerius.

*An. 19. Chriſti uicarium Diabolus per Lutherum oppugnat, ut eo ſubmoto aut contempto facilius Chriſti oues diſpergat.*

Cum ſuo conatui Diabolus obſiſtere ſentiret Vicarium Chriſti, cuius curæ & imperio omnes ſuas Chriſtus credidit paſcendas ouiculas, illum ſua in primis Cathedra exturbare contendebat; quē vbi impuro Lutheri ore contumelijs proſcidiſſet, conuitijs laceraſſet, maledictis diuexaſset, adeoq; infra omnem hominum ordinem abieciſſet, vt ſublato quaſi gubernatore, faciliùs circa Eccleſiæ naufragia graſſaretur, mox ad Chriſtum ipſum Sacramentis eijciendū ſcalas admouet: ſed qua id aſtutia, operæpretiū eſt animaduertere.

*An. 20.*

*An. 21. Bellum Lutheri contra Chriſti Sacramenta, ueram q; peccatorum expiationem.*

Initiò enim ſalutaria Chriſti beneficia, quæ per Sacramenta nobis contingunt, conatur obſcurare, docens impuro ſui verè impuriſſ. Lutheri ore, Chriſtum baptiſmo non verè peccata purgare, ſed manentia tegere; non abolere

&

& expiare, sed tecta velare & occultare. Mox Sacramenta non amplius esse Sacramenta, id est, quæ sacros sanctosq; efficiant: sed mera signa esse, tesserasq; acceptæ dudum fictitiæ illius suæ peccatorum remissionis: quæ reipsa non est remissio, aut peccati abolitio, sed occultatio, & manētis peccati dissimulatio, vera iustitiæ simulatio, vera palliatio. Ex hac enim peccatorum permanentia indelebili atq; perpetua docuit omnia omnium hominum opera esse peccata, non solum sua natura mortalia & quæ homines damnent: sed quæ sanctos etiā hac vita defunctos à cœli ingressu remorentur. An. 23. Vide Bullā Leonis Lutheri condemnatricē.

Istis suæ impietatis tyrocinijs Diabolus bellè succedētibus, arduū magis molitur bellū. Iam enim idoneum iecerat fundamentū, quo nixus, Christū ipsum sua sacrosancta expelleret Eucharistia. Cui bello gerēdo idoneos admodū nactus cōmilitones seditiosissimos Carolstadium & Vlricum Zvvinglium An. 24. Bellum Sacramentariorum contra Christū

pseu-

pſeudopresbyteros, rem mirificè eſt aggreſſus. Horum enim opera, vbi plurimis perſuaſiſſet peccatum originale nõ eſſe peccatum, ſed naturæ morbũ: Chriſtum ad inferos nunquam deſcendiſſe, neque animam eius ex limbo Patres liberaſſe, mox ipſum totum ſua quoque S. Euchariſtia excludere eſt commolitus, ac deinceps templis quoq;, ariſq; omnibus. Nã & Chriſti dñi venerãdas illas imagines paſsim eiecit, peruertit, cõfregit, exuſsit, aboleuit. Hanc in rem quantopere promouerit Sathan, nunc miſerrima teſtatur Gallia, ipſaq; Germania, quæ plures hodie habere affirmatur Sacramentarios, quã Lutheranos: quẽadmodũ Bremenſes ſua in Cõfeſsione Saxonica perdolẽter quiritantur, & ſeriò triumphũ canit Vvilhelmꝰ Clebitius libro de ruina Papatus Saxonici. Cæterùm vbi Diabolus nunc Chriſtũ non modò Sacramẽtis, adeoq; S. Euchariſtia ſibi pulchrè exturbaſſe videbatur, ſed templis quoq; atq; aris: en ti-

Bellum Euangelicorum contra Chriſti templa & imagines.

Vide. Cõf. Bc. Saxonicarum de Eucha.

An. 25.

en tibi aliud Veteratoris illius veterani stratagema. Ipsam enim. SS. Trinitatē per Ludouicum Hetzerum abolere conabatur: qui omnem negans personarum distinctionem, Deum vnum & solitarium ore prophano euomuit. Quā impietatem vbi Diabolus animaduerteret absurdiorem crassioremq́;, quàm cui Euangelij titulum duranter posset prætexere (maximè cum lectissimum suum alterum organum illud Ioannes Caluinus Seruetum Farellistam suum haud ita pridem eadem in sententia collegam iuratiss. & fratrem fideliss. ignibus tradiderit, quod secum nollet errorem illum reuocare) ad Christi gloriā semel contaminandam, euertendam, abolendam totus conuertitur. Quod vt iamdudum feliciter cœptum perficeret felicius, en nouum astutus excogitat cuniculum, quò Christo suum & corpus & animam suffuretur: vt ita eū terrâ simul & cœlo exturbaret. Suis ēnim aliquot mācipijs per Frisiā, & alibi

*SS. Trinitatem oppugnāt Euangelici.*

*Ann. 30.*

*Christo suum corpus humanum negāt Euāgelici.*

*Ann. 35.*

operâ Mennonis Parochi & ſuorũ perſuadet ex Valentini Philoſophia Chriſtum non ex Virgine corpus humanũ aſſumpſiſſe: ſed cælitus attuliſſe. Hinc Chriſtum Ieſum filiũ Dauid, Anabaptiſtæ inuocare nolunt. Vbi verò iam Chriſto verum detraxiſſet corpus, en tibi per Poſtellum animam quoq; eidem euulſit humanã, quam philoſophatur ante corpus om̃e vixiſſe. His extructis miræ impietatis gradibus, Chriſtum Dominum ſuo Meſsię officio expoliare, veroq́; ꝓmiſsi Patribus Chriſti nomine expilare tentat. Vbi enim per Iudaizantes ſparſiſſet, quod Buceri moribundi ore poſteà cõfirmauit, Chriſtum non veniſſe, Dauidjorgius ſe eſſe illum promiſſum olim Chriſtum, veriſsimúque Dauidem ac Dei filium iactitabat, qui in æterna illa Dauidis regia eſſet regnaturus.

*An 40. Chriſto animam euelsunt humanam Euãgelici Claue- Abſcondiſtorum à ſeculo.*

*An 45. Chriſto ſuũ Meſsiæ & nomen & officium detrahunt Euangelici.*

Cæterùm nec his Chriſti ſpolijs contentus Diabolus, ipſam quoq; Chriſto æternam Deitatem ſuffurari audaciſſ.

*An. 50. Chriſto ſuã Diuinitatẽ*

per

per Campanum & Seruetum commoliebatur: vbi per Lutherum docuisset Christum in Eucharistia, licèt præsentem non esse adorandũ: & per Anabaptistas, in cælo licèt regnantem, non esse tamen filium Dauid inuocandum. Quod plurimis vbi persuasit, facilius Christum sperabat sese Ecclesia, terra, cælo deniq; ipso semel exturbaturum, vt sic tandẽ aliquot idoneos sui nactus præcones Christum ad inferos relegatum, damnatumq;, orbe hominumque animis & ore semel exploderet, Deũque verum suo deiectum throno aboleret, ac sese ipse tandem Deum venditaret, atq; suis se pro Deo colendũ persuaderet.

*Euangelici conantur suffurari.*

*Quidnam in festo isto hoc Euãgelicorum in Dei Ecclesiam bello sit molitus Diabolus.*

DVB. Pro nefas? an tanta sit Dæmonis insania? an tanta hominum eius dolo perditorum amẽtia, vt suum hostem infestiss. pro Deo colant?

CON. Sanè desideratam ambitiosissimè illam Dei Opt. similitudinẽ, cuius præposterã, superbissimaq; cupidita-

te ex Paradiso cælestibusq; sedibus est eiectus, etiámnũ ambire nõ desinit improbus, superbusq; ille spiritus. Verũ quid hanc in rem improbo suo apud istos suos cæcos clientulos promouerit studio, operæpretiũ est animaduertere. Non enim defuêre, qui Christũ ob desperationem damnatum (O inauditã Apostatæ illius Præmonst. blasphemiam) in tartara dicerent relegatum. A quibus quantũ absint isti Protestantes, quos dicimus Vbiquetios siue Brẽtianos, qui Christum vbiq; corporaliter, etiam in Inferno præsentem docent, viderint Euangelici: qui hoc affirmare non ambigunt, si vera scribit Vtenhouius in Erraticæ suæ Ecclesiolæ Historia. Neque vero hîc constitit impietas Sathanica. His enim pro voto confectis, Christo cælis extracto, ac in tartara misso, Deo Opt. abnegato, sese Deum esse suis non modò persuasit: sed colendum etiam, idq; accuratiùs quàm Catholici Deum colimus,

*Christum in tartara relegatum quidã blasphemant.*

*Sic apud Vtenhouiũ in histor. Pastoris Hamburgen.*

præ-

præſcripſit. Vt enim Catholici priſca de conſuetudine Deum viuum & verum per diem adoramus nonies: ita iſti Sathanici ſuum Dæmonem Deum (ô cælum? ô terra?) inuocant atque colunt decies. *Diabolus ab Euangelicis per diē inuocatur decies. Sic apud Hoſium.*

DVB. O bellum Colophonem iſtâ Euangelicâ tragœdiâ dignißimum? quo exturbato ſuis Sacramentis, Eccleſiâ, cælis Chriſto, Deoq; vero hominū mentibus, facti ſumus ex Chriſtianis nō modò Antichriſtiani, Iudæi & Turcæ Mahumetani: ſed & Diaboli cultores atque adoratores?

CON. Imò ſi verum mihi dicere licet, veri Athei atq; impij, q nec Chriſtum, nec Deum, nec deniq; Diabolū, nec cœlum, nec infernum eſſe profitentur. Iſtius Atheiſmi, abominandæque impietatis quot habeat factiones Diabolus, difficillimum fuerit affirmare. *Epicurei et Athei qui nam ex Euangelicis.*

„ Teſtatur Hedio epiſt. ad Philip. „ Melanchthonem, Sathanam callidū „ huc multos agitare, vt dū ſumma in- *Variæ Atheorum ſectæ.*

„constantia iam hoc, iam illud cre-
„dant, posthac nihil prorsus cre-
„dant,& euadant in populum Asotio-
„rum.

Quibus gradibus Euangelici ad Atheismum prolabantur post quàm Catholicam semel deseruere Ecclesiam.

Conqueritur iste de suis Euangelicis, quod & Catholici passim per Germanias, Galliasq; pdolenter in ipsis videmus, ex Catholicis fieri Lutheranos, ex Lutheranis Zvvinglianos, quorum maxima est natio: Ex Zvvinglianis Svvencfeldianos, tum mox Atheos siue Epicuræos.

Esse certè Atheorum plurimos, varij scriptores fide digniss. commemorant. Testatur P. Viretus lib. 2. de Minist. verbi esse quosdā Ludimagistros ex illo Epicuri grege porcos, qui in scholis soleāt suis sæpe scholasticis occinere illum verè beatum, qui, vti est apud Virgilium,

*Metus omnes & inexorabile fatum.*
*Subiecit pedibus. strepitumq; Acherontis auari.*

Hoc nomine quàm malè apud suos audierit Beza, testantur eius commilitones

tones Pariſien. & Aurelianen. quibus iſtius profeſsionis haud obſcura nõ infreques edebat paradigmata. Hoc eius cantillant epigrammata, hoc loquuntur facinora, quum & beneficia Eccleſiaſtica, qbus inpinguatus, incraſſatus, dilatatus derelicto Deo factore ſuo publicè venderet, & alienas vxores permoleret tam familiariter, vt publicus matronarum haberetur maritus. vnde illi nouo Theodoro, cui meritò ἄθεος fuit cognomẽ, in Colloquio Poſsiniaco Chriſtum tam lõgè à S. Euchariſtia abijcienti, quantũ à cælo abeſt terra, veteres quidam collegæ exprobrabãt, an mirum, inquiunt, eum à ſacra exturbare Chriſtum Euchariſtia, qui Deũ non credit eſſe in cælo?

*Vide Michaelem Fabritium pro fr. Bald.*

*Theodorus Beza à con diſcipulis ἄθεος & Epicuræus habitus.*

Iſtiuſmodi complures eſſe Geneuæ in Eccleſia quam dicunt Italica, vnum illud ſatis ſuperq; arguat, cum iſti Caluiniſtæ de abolendo ſemel Pontificatu Ro. Purgatorio extinguendo, alijsq; Catholicæ Dei Eccleſiæ dogmatibus

*Vide Acta Valentini Gentilis.*

delendis inter se consultarēt, vnus præ-
cæteris eximiè sui magistri mendacio-
rum patris afflatu raptus, dicamus ani
mam, inquit, vnà cum corpore extin-
gui, sic Purgatorium cum Missa & Ro.
Pontifice semel aboleuerimus.

*Loistæ.* Loïstas quoq; AntWerpia nostra no
uit, à quodam Eligio dictos, qui omnia
simulans & dissimulans in templis ver
sabatur, Sacerdoti sacrificanti deserui-
ens, tesseram calicis sacri vestibus inno
tatam in erroris pristini pœnitentiam
circumferebat: sed habitum, non ani-
mum mutans, Deum, hominesq; ride-
bat, impium illum Lucianum atq; Do
letum Gallum multis superans parasan
gis.

Alij huius factionis se Rysvvicanos
malunt nominari à quodam præstigia-
*Ryswycani.* tore Hermāno Rysvvijck, quem ob im
pietatem Hagha ignibus absumpsit an-
no. 1510. Eius stolones nunc per Frisiā
repullulant.

CAP. X. Eò enim verò deploratissimę cęcita
tis

tis (heu miseros Euãgelicos) lapsi sunt semel in sensum reprobrum, mentemque malesanam iusto Dei iudicio traditi, vt suam non modò negligant salutem æternam: sed alijs quoq; eodem erroris deducendis omnem mouent lapidem, quacunq; tandem id faciant ratione. Nihil enim pensi habent isti Euangelici quid doceãt, faciãtúe, modò suo Deo Ventri commodet, aut saltem suæ perfidiæ hostibus incõmodet: aut veritatem, in quam oppugnandam coniurarũt, si non aboleant, saltem aliqua ex parte obscurent. odio enim veritatis, quam obfirmato abiurarunt animo ebrij, eã quoq; suis in professorib. infestissimè persequuntur, atq; odio plusq̃ Vatiniano, vereq; internecino ita execrantur, vt nulla suę existimationis, aut prudentiæ quoq; Politicæ habita ratione, furiosorum more quidquid in buccam venit euomant. Fanatico isthoc spiritu sese afflatum inter cæteros post Lutherum Brentius haud obscurè de-

*Quàm deplorãda sit Euangelicorum cæcitas, manifestum ueritatis odium testatur perspicuè.*

*Quantum Ioan Brentij odium in Ecclesiasticos.*

*Ita Belius recitat fol. 90.*

clarat, qui lib. de Hæreticis, an punien-
,, di, docet, si doctrinæ causa quis est
,, occidendus, Episcopos potius, omnes Monachos citius trucidandos esse atque extinguendos, quàm miseros Anabaptistas, quos nullo iure occidi posse defendit, nedum vllos alios hæreticos: cùm id Dei verbo velit prohibitum.

Contrà Caluinus, eodem licèt Catholicorum odio rabidus, quos per fas, per nefas, clã insidijs, aperto marte vult abolitos, docet hæreticos esse occidendos Dei verbo mandatũ: vnde & Seruetum Farellistam suum pridem Collegam, vbi suæ culinæ, regnoq; insidiari sensit, rogo tradidit exurendum, reclamantibus illis magnis Euangelij noui Apostolis Luthero, Brentio, alijsq;. Verùm hac de re aliàs, vbi spiritum hunc Euangelicorum demonstrabimus verè seditiosum, quod de Luthero, alijsque infrà dicetur aptius, vt filij suo Patri homicidæ illi originali Diabolo proben-

tur

tur simillimi. Sed in viam vnde degrediebamur, recurrat oratio.

*Viam suo Antichristo diabolũ sternerē multò facilliṁ per Euangelicos tot sectis inter sese dissectos.*

Ex numeroso illo sectarum Euangelij titulo illustrium, etsi inter se pugnantium catalogo, atq; abominanda illa priscarum hęreseôn renouatione: ex ipsa deniq; illa impietatis scala cõtra Ecclesiam, contra Christum, contra Deũ, per diabolum Lutheri, Caluini, aliorũque Euangelicorum opera intra annos ferè viginti erecta, qua ipse Diabolus in cœlum ascendere, Christum Sacramentis, tẽplo, cœlis, ore, cordibus exturbare, in tartara damnatũ pręcipitare, Deum verum abolere, atque se deniq; pro Deo colendum persuadere aggrediebatur: vides perspicuè, opinor Dubitanti, quàm facilis nunc sit strata per Diabolum suo Antichristo via ad Religionẽ Dei veram semel abolendam. Ad perdendum enim Christianismũ nulla res, quod prudenter Eras. admonuit, accõmodatior, quàm hæc sectarum licentia, quæ sibi permittunt, quoties libuit,

*Verissima Eras. Put. admonitio.*

sua nouare dogmata, quando id faciũt impunè. Rursus ex abominationum istarum amatoribus & sectatoribus liqueat, quàm ingens nunc temporis sit veritatis verè Euangelicæ osorum & impiorum Christi hostiũ numerus. Quot quot enim aliqua ex particula illi impietatis scalæ erigendæ aut reipsa, aut animi studio atque fauore operam nauant, aut qualicunque ratione opitulãtur, imò illi abolendæ atque deturbandæ prorsus sese totos non opponunt, haud dubium partem in regno Dei & Christi habere non poterunt. Clara enim est hac de re Christi vox, Qui non est mecum, contra me est, & qui mecũ non colligit, dispergit. Prius illud in dissimulatores istos Nicodemicos, quos nũc habet mundus & Clerus plurimos, dictum est, qui metu nosti quo, perstricti, profiteri non audent, quod animo sentiunt, & eius contrarium obtinere, siue præualere per mundũ ferant potiùs, quàm aut verbo, nedum re aliqua

CAP. XI. *Quàm immensus sit osorũ Christi vereq; Dei Ec. hostium numerus.*

*Qui hodie nõ est cum Christo eius propugnans Ec. laborantem, & oppugnatam, contra Christũ est.*

*Nicodemici hodie plurimi & dissimulatores ociosi apud Catholicos, & quæ illorum sors in regno Christi.*

qua publica, ostensum dare. Alterum verò in eos dicitur, qui animo quidem Catholici sunt, cessatores tamen & otiosi, quasi in Theatro sedent spectatores: qui errores quidem omnes cupiunt abolitos, quò vna Christi regnet veritas: sed sese murum siue Patronos pro domo Dei opponere, aut veritatis hostibus vlla in parte aduersari non audent, veriti, aut plebeiorum inuidiam, aut magnatum odia, aut populi deniq; deliri clamores.

Hi sunt quos Christus suo de ore incipiens euomere, quia de mundo sunt, pronunciat nec frigidos nec calidos. Isti clamitant nunc esse temporizandum, parcendum errantium multitudini infinitæ, esse hanc populi tanto numero errantis quasi pestem quandam generalem, cui indulgentia maximè consulatur. Sed horum prudentiam fortè aliquando Galliarum castiget si non exemplum, certè periculum. *Apoc. 3.* *Istud omen nunc serò mœsta luget Belgica.*

Cæterùm cùm illi dissimulatores

con-

contra Christum esse, & hi cessatores Christi gregem, quem conseruare atq; tueri debebant contempta populi inuidia & magnatum gratia, dispergere sint conuicti, proculdubiò eadem istis omnibus erit mercedis illo iusto in iudicio portio, quæ manifestis atq; ex professo Christi hostibus hæreticis, siue vllius factionis Euangelicæ sectarijs: hoc est, pars istorum omnium tam dissimulatorum atq; cessatorum, quàm hæreticorum in stagno ignis erit & sulphuris cum mendacibus & adulteris periuris, atq; hypocritis.

*O utinam istud per Belgium fuisset factũ.*

*Sors quænã erit dissimulatorib. Catholicis ac ociosis spectatoribus, qui sese nũc nonopponũt Christi hostibus, Ecclesiæ Catholicæ doctrinam oppugnantib.*

Hoc DEI in illos omnes, ni resipiscant, certum fixumq; iudicium quantoperè & quàm dolẽter piorum perturbet animos Dubitanti, haud credas facilè, cum animo perpendunt tot hominum Christi sanguine redemptorum sub Euangelij prætextu pereũtium myriadas in tartara æternum ad cruciatũ præcipitandas. vnde pro eis non modò asiduè gemunt, orãt, plorant: sed mœ-

rore

rore contabeſcunt, quòd fratres chariſſimos tanto numero vidẽt certò ſeſe eũtes perditum.

CAP. XII.

DVB. Prôh calamitatem Chriſtianorum incomparabilem? Itâne omnes certò perire: Chriſtumq́; ſibi facere inutilem, qui aliquo errorum iſtorum Euangelicorum næuo ſunt cõtaminati? quotuſquiſque eſt obſecro, qui non alicubi claudicet?

*Plurimos Chriſtianorum claudicare in utramq́; partem.*

CON. Sanè ſi impoſsibile eſt ſine Fide placere Deo, nimirum Apoſtolica & Catholica, Deo diſplicere oportet quotquot fidem hanc Eccleſiæ Catholicæ aut non retinent, aut plus, minúſue, aut aliter credunt, quàm illa credit, atque credendum publica certáque ſua voce docet. Quemadmodum enim Adamas, quod ait Nazianzenus, maximi eſt precij ſi totus eſt lucidus, nuſquam næuo contaminatus: ita Fides illa demum Deo placere facit, quæ nullo erroris næuo contaminata id ipſum ita corde credit, ore

*Quænam Fides Deo placere faciat.*

*Fides Catholica ſi ſit integra & per charitatem operetur, eſt ſa-*

*tutaris, alio qui inutilis.* ore profitetur, operibus exequitur, atque demonſtrat, ſicuti Catholica Chriſti Eccleſia credendum proponit ſuis filijs. Vnde manifeſtum fiat, quàm iſtorum Euangelicorũ, qui ſe dicere quàm eſſe malunt, ad vnum omnium ſalus in præcipiti æternæ damnationis periculo ſit collocata, niſi, dum hora eſt, reſipiſcere, ad Catholicam redeant ex animo Eccleſiam, quam alienis, Sathaniciſq; opinionibus imbuti vltrò deſeruêre. Exierunt em̃ ex nobis, vti de iſtorum proauis, quorũ pari planè impietate renouant dogmata impia, dicebat Apoſtolus, quòd non eſſent ex nobis. *1. Ioh. 2.* Quàm ergo diebus Noë fuit impoſsibile, vnam illam extra arcam ſaluari à cataclyſmi inundatione: ita toto poſt Chriſti ad Patrẽ reditũ tempore extra vnam illam à ſe, ſuisq; Apoſtolis collectam, conſtructamq; Dei domũ, Catholicam dico Eccleſiam, nulli omniũ ſua ſalus conſtare ſalua poterit. Veriſſima eſt enim illa Catholicorum Patrũ

*Extra vnã Chriſti Eccleſiam Catholicam eſſe, eſt cataclyſmo Noẽ perire.*

vox,

vox, ætate Cypriani, August. aliasq; cũ schismatis periculũ, aut hæreseos ꝓcella incumberet decantissima, atq; pro certissima salutis obtinẽdæ tessera proposita, Nõ potest Deum habere Patrẽ, qui Catholicam Christi Ecclesiam nõ habet matrem.

*Vide Cyprianum de Vnitate Ecclesiæ Catholicæ. Ecclesiam Catholicam oportet nos omnes habere & obtinere matrem, si Deum speramus nobis Patrem.*

DVB. An tam rigidi ꝑfractiq; existimãdi sunt Ecclesiæ limites, vt extra eã cẽsendi sint, quotquot aliqua in parte, Euangelicis istis consentiũt erroribus?

*CAP. XIII. Quàm angusti sint Ecclesiæ Catholicæ limites, extra quos errans aut discedens perit.*

CON. Certè quotquot à notis Ecclesię dogmatibus, q̃ tanquam fidei doctrinam suis proponit firmiter credẽdam, dissentiunt, extra hanc salutis ęternæ arcam naufragio æterno pereunt, vtvt sibi Euãgelio suo blandiãtur: cùm veritatem DEI Ecclesiæ Catholicæ à Christo, eiusq; Apostolis cælitùs annunciatam, aut reijciant, aut permutet in mendacium. Vnde ea deserta nouas sibi q̃runt synagogas, quæ cùm certorum istorum Diaboli ministrorũ opera colligantur, certum est esse Diabolicas: cu-

ius & in posterum erunt hæredes, vt nunc sunt filij: quia relicta Christi Ecclesia sua matre, etiam Deum suum deserunt Patrem, vnde nec Christum filium habere possunt, neque hæreditate eius cœlesti frui, nisi sponsæ fuerint reconciliati. Sicuti enim illis Sabbatharijs, alijsq; Iudaismum, aut Mahumetismum ad Christianos, Euangelij licèt prætextu, transferentibus Christus planè est, ni resipiscant, inutilis; neque proderit quidquam, nisi ad tormenta atrociùs luenda, quòd agnitam veritatis viam non obtinuerint: ita nec Lutheranis, nec Caluinistis, quorũ nunc, prôh dolor, plena sunt ferè omnia, aut quocunque tandem extra vnam illam CHRISTI Ecclesiam Catholicam dicuntur nomine, Christus ad æternam vel tantillum proderit salutem, quòd Christi violent aut fidem, aut Sacramenta.

*Quot Christianorum myriades se se nouis Euangelicorũ dogmatibus contaminatos à Christi regno nunc excludant.*

*Hæc fuisse dicta uerissime annus 66. per Belgium declarauit.*

Vt eñ vnus Deus, vna fides: ita vna quoq; est Christi Ecclesia, quæ dicitur

ad

ad Sathanicarum synagogarum discrimen Catholica: quæ vt vna est, ita vnã, eandemq; suis omnibus filijs & semper, & vbiq; proponit fidei Apostolicæ doctrinam: à qua qui pertinaciter aut aberrat, aut dubitat, aut dissentit, hic procul dubio est Antichristianus, neque partem in regno Dei, quod Christus veris suis re atq; nomine Christianis suo sanguine quæsiuit, precio parauit, verbis fallere nescijs promisit, habere poterit: sed suo, cui nunc fidem habet, cum Antichristo Luthero, aut Caluino, alijsúe Euangelicis in stagnum mittetur ignis & sulphuris cum alijs mendacibus & Euangelij adulteris. Cùm enim fidem Christi ab Apostolis prædicatam non habeat inuiolatam, Deo placere non potest.

*Quibus ob Euangelicorum dogmata certò pereundum.*

DVB. Horrendum profectò quod dicis. Quòd si omnes à fide hac Catholica pertinaciter aut aberrantes, aut vacillantes, aut dissentientes salutis æternæ procul dubio erunt expertes, prôh

Deum immortalem, quótnam Christianorum hominum myriadas Euangelici isti in tartara præcipitatas demergunt?

CON. Istam incomparabilem sanè ouicularum Christi iacturam atq; perniciem, asſiduis deplorare satis nō possumus lachrymis. Sed qui iam periêre, frustra illis dolemus. O vtinam vel his saltem meo liceat sanguine consulere, qui nondum vitam cum morte commutātes seuerum illud Dei subiêre iudicium? Sed dum viuūt, eos asſiduis nostris, obsecro non desinamus prosequi apud pijssimum Patrem precibus, vt illorum misertus in rectam salutis Euāgelicæ viam tandem cū perditis Christi ouiculis reducat, quò agnita pseudeuangelij falsitate, ad Catholicam, vnde aberrarunt, redeant cum sui erroris dolore Ecclesiam, verū illud ouium Christi stabulum, vbi eas & à luporum tutatur incursibus, & salutariter pastas ad cæleste transfert ouile.

*Votum pro aberrātibus Euāgelicis fratribus.*

*Verū ouicularum Christi stabulum Catholica est Ecclesia*

DVB.

DVB. Horrendum ſanè eſt in manus Dei viuentis incidere.

CAPVT XIIII.

CON. Si iſtos æterni illius iudicij metus tãgeret vllus, haud ita facilè nouis iſtis ſeſe darent opinionibus.

*Cur tam immenſus hodie à fide aberrantiũ numerus.*

DVB. An propterea tanto numero homines deſerta Dei Eccleſia nouis ſe adiungunt ſectis, quòd iudicij illius tremendi ſint immemores?

CON. Certè hanc eſſe potiſsimã cauſam, non ſit mihi dubiũ. ſed præter hãc aliæ ſunt plurimæ, vt hîc taceam libros peſtilentiſsimos, quosq́; impunè aduehi, impunè lectitari videmus: magnum eſſe hoſtiũ fauorem, ingentẽ diſsimulationem, magnam dormitantiam.

*1. Cauſa cur iudiciũ Dei futurũ plerisq́; in obliuionẽ abijt.*

DVB. Perſæpe animum meũ demiratio ſubijt, vndé nam fiat, vt numero tam incredibili homines auitam deſerentes religionẽ, nouis iſtorum Euãgelicorũ dogmatibus, tam abſurdis, tam impijs, tam blaſphemis, aurẽ, animumque præbeant.

CON. Hoc ipſum vbi mecũ tacitus,

extabeſcensq́; illorum pereuntium fratrum zelo cõſidero, cuius mœſtiſsima recordatio ſæpius, quàm ſol hic mihi recurrit, faciliùs credo quę in Antichriſti aduentum prædixit verus Dei Propheta & filius Chriſtus Ieſus, Putáſne, inquiens, filius hominis cùm aduenerit iudicaturus, fidem inueniet in terra? Si enim ſine miraculis vllis, imò in perditiſsima Euangelicorũ vita, moribusq́; corruptiſsimis atq; libero homine, ne dum Euangelico, indigniſsimis, tanta nunc eſt Sathanæ per ſucs noui iſtius Euãgelij miniſtros efficacia, & perſuadendi vis, vt tot hominũ myriadas perpetua ad inferni ſupplicia abripiat, quanta futura eſt, quæſo te cõſidera attentus, Eccleſię Catholicæ, quã ſemper ſolã ille ſanguinarius homicida infeſtiſſimo perſequitur odio, calamitas, vbi præter ſermonis probabilitatẽ, perſuadendi artificium, orationis phaleras, dictionis lenocinia, vitamq́; ſuorũ quadã honeſti ſpeçie laudatiſsimã probatiſsimamq́;

mamq; nó modò falsa, licèt in speciem maxima, edet permittente Deo miracula: sed etiam diuersas Catholicis solis intentabit persequutiones, immanissimaq; omnium tormenta? quæ nisi tẽporis breuitate tollerentur, nullus illius ætatis fieret saluus. Quia igitur illa calamitas ex refrigerata Christi charitate plurimis eueniet, quodq;, vti Paulus prædixit, charitatem veritatis non receperunt, hinc & nostri seculi calamitatem perditis Christianorum moribus acceptam ferendam arbitror. Sicuti enim Apostolorum ætate plurimi, quod ait D. Paulus, fidei naufragium fecerant, quòd cõscientiam bonam de corde puro & fide nõ ficta repulissent, siue vitam Christianam pro fidei decoro atq; præscripto non duxissent: Ita & nunc plerosq; omnes simili de causa ad hæreticorũ castra deficere est videre. Hoc meridiana luce clariùs suo declarat exẽplo illa reipublicæ fæx impurorum nautarum, & auarorũ mer-

*Quãtus foret pereuntium numerus si adessent Euangelicis miracula, aut diræ in Catholicos persequutiões, uti ætate Antichristi.*

*2. Causa quæ ueram charitatẽ Dei non habent Christianorum plurimi ut ex impura uita liquet.*

*Hoc Belgarum Tragœdia de-*

*monstrauit verissimum An. 66.* catorum, spuma textorũ, vitriariorũ, pictorum, Tapetiariorũ, & quotquot artes ferè exercent sedentarias. Rursus si qui ditiorum sese his dedunt factiõibus, plærũq; aliud quiddam præ se ferre videntur, quàm reipsa noui Euangelij titulo quærant: vti tot declarant sacrilegia, adulteria, templorum expilationes, deprædationes tã monasteriorum, quàm Eleemosynarũ pauperibus fame pereuntibus pridem relictarum. Istis hominum generibus quantulus ferè sit diuini iudicij metus, aut quam eis fuerit serius Dei cultus, notius est, quàm vt referre oporteat.

*Nostratiũ mores parẽ Gallorum merentur plagam.* Ego quales populi nostratis mores sint, nunc persequi nolo, qui asiduæ ebrietati, adulterijs frequẽtiss. libidinibus vagis, incestib⁹, inauditæ superbiæ, pernicioso luxui tantopere indulgent. Sed Gallorum nũc propterea miserrimorum vitia (quę vti imitamur, ita pares meremur plagas, licèt Deus miseri- *An non experimur ab anno 66* cors nos ad pœnitentiam expectans

distu-

diſtulerit) perſtringit R. P. Claudius Sanctius, Deum Gallis inquiens iratũ eſſe, ac ita exitialiter afflixiſſe, ꝙ extrema iniquitas per Galliam abundauit, taliaq; peccata inualuerunt, quæ extirpationem merentur. Qualia ſunt, inquit falſa doctrina, blaſphemia, ingratitudo in Deum tam per Atheiſmum quàm per irreligioſitatẽ, enormes fornicationes, inceſtus, adulteria, vſuræ, auaritiæ, oppreſsio pauperum, perfidia, infidelitas, fraudulentia, detractio magna, iniuſtitia grandis, malitia capitũ, inſolentia intolerabilis omnium pomparum & ſuperfluitatum. Vide tu, quia Galliam vidiſti florentiſsimam, an nõ eius mores ad viuum agnoſcas depictos? Tales ferè plebei, qui nunc in Euangelicorum defluxerunt caſtra. His adde colluuiem omnem, quæ ex monaſterijs paſsim, aut clericorum collegijs in Lutheri ſentinam, aut Caluini cloacam defluxit. An non carnis voluptate victi ſunt? vti loquuntur, quia vruntur,

*Cauſſæ calamitatum regni Galliæ anno 62.*

*Qualenam hominum genus ad Euangelicorum caſtra deficiat.*

*Fex plebis, auari mercatores, clerici Simoniaci, Monachi Hypocritæ, presbyteri apoſtatæ.*

*Quàm insignes hypocritæ Euangelicorum duces*

*Qui ad Euangelicorũ cloacam defluunt, uerè fuisse areæ dominicæ paleas.*

*3 Causa quòd clericorum scandalis offensi plurimi Ecclesiasticã oderunt & destruerunt doctrinam unà cum uera Christi Ecclesia.*

tur, aut flagitijs insigniti, nos deseruẽre? Cogita mihi istorum duces Lutherum, Bernardinum Ochinũ, Caluinũ, Viretum, Petrum Mart. Bezam omnium libidinum ludibrium & simoniæ omnis mancipium, facile fuerit de gregarijs & manipularibus iudicium. Hos dum cogito, video reuera istorum hominum quasi paleis suam Christum Dominum repurgasse aream. Haud inficior esse scandala Ecclesiasticorum grauissima, quibus ferè offensi rudes, & rerum imperiti à Christo, Christique Ecclesia discedunt. Sed vti Christus terribile illud VÆ est cõminatus, per quos scandalum venit: Ita & illis quoq;, qui scandalizantur: Beatus (inquit) qui in me non fuerit scandalizatus. Erant enim in ipsius quoque Christi discipulis, imò in ipsis Christi verbis, ob quæ infirmiores, ipsique adeò selectiores discipuli offendebantur, & scandalizati vel Christum ipsum quoque relinquebant. Quid ergo nunc mirum, si in hac

Ec-

Ecclesiæ senecta, vbi indies refrigescit non solùm plebeiorum charitas, sed etiam Ecclesiasticorum pietas, scãdala oboriantur, & inualescant plurima, quibus infirmiores offensi à Christo ad Antichristum deficiunt? Quæ ô vtinam aliquando videre liceat si non omnino sublata (quis enim de insanabili, inueterataque & callosa nimium isthac Ecclesiæ plaga istud speret?) saltem vtcunq; moderata & tolerabiliter castigata. Verùm de his alijsque huius immanissimæ calamitatis Ecclesiasticæ causis alibi aptiùs & dicendi, & cõquerendi fuerit locus. Vti enim incendio flagrante atque grassante non agitur de incendij authore, aut causa, sed de extinctione quocunque modo procuranda: Ita nunc omnes neruos pij vtriusque Reipublicæ viri intendant necesse est, vt tandem aliquando isti opinionum dissidio, alioqui immanius grassaturo, salutare aliquod tempestiuè adhibeatur remedium: Nisi enim breui

*Cur aliorũ scandalis nemo pernicio sè nũc offendi debeat.*

*Pijs omnib. cur de hoc Ecclesiæ dissidio conciliang*

*do, & extinguendo dissidiorum incendio matu re consultandum.*

breui occurratur, metuendum sanè vereor, ne vllo nec consilio politico, nec Ecclesiastico concilio rebus deploratissimis succurri queat. Hæc in præsens Dubitanti sufficiant. quæ supersunt in crastinum si videbitur differamus, quò & ego ad dicendum, tu verò ad audiendum huc redeamus alacriores.

DVB. Dies quoq; inclinatior iã nos abire monet. Vale igitur in crastinum.

CON. Et tu vale incolumis, sed cura vt cras te hîc reperiam.

DVB. Faciã ne per me stet, quin quod cœpisti perficias, Vale.

# LIBER TERTIVS DVBITANTII DE VERA PER CHRISTVM Salutis uia.

CONSTANT.

TE huc ex condicto Dubitanti redijsse gaudeo. Salue multùm.

DVB. Tu quoq; salue. mihi profectò

ex

ex animo gratulor, per te nō ſtare, quò minus optatam mihi illam ſalutis per Chriſtum viam liceat indubitáter, certoq́; cognoſcere. Demonſtrato nunc tot argumentis, ſanè animum meum à tam varijs pugnātibuſq́; Euangelicorū ſectis reuocantibus, Verbum Dei per Lutherū, Caluinum, & alios hactenus non reſtitutum, ſed adulteratum atque reuerà Germanijs ſuffuratū, & vti Paulus loquitur, aſtutia hominum peruerſum, Diaboli dolo aliam in faciem, & (ſi verum dicere licet) in mendacium inuerſum ac transformatū: Perge obſecro poſt enumerata illa in Chriſtum bella, eiusq́; in Eccleſiam Catholicam ſtratagemata (quibus Lutherus & in Chriſtum fuit blaſphemus, & in homines, ſuam illis eripiens mentē & liberū arbitrium, iniurius: poſt innumeras ex eo propagatas ſectas, mutuis non modò diſsidijs odijſue capitalibus, ſed gladijs quoque internecinis, adeoq́; ignibus ſeſe iugulantes: poſt renouata deniq́;

CAP. I. *Epilogus dictorum cum Transitione ad calamitates per Euangelicos orbi inuectas.*

niq; priſcorum hæreticorum abſurda dogmata, inuectumq́; non modò Iudaiſmum, ſed & Mahumetiſmum, adeóq́; Atheiſmum) perge inquam illas cõmemorare calamitates, quas ex Lutheri, eiusq́; contra domum Dei Eccleſiã Chriſti Catholicam cõiuratione, ſchiſmate atq; rebellione perpeſſa eſt noſtra Germania.

*Euangeliſti nullo miraculo aut Dei uocatione: ſed mera iactantia, adulatione & arrogantia ſibi apud caecum popellũ conciliarũt autoritatẽ, dum illi placentia loquũtur.*

CON. Iſtud tibi lubens admodùm, licèt perdolenter, fecero, vbi antè expoſuerim, quánam ratione Lutherus, eiuſque diſcipuli nouis ſuis opinionib. authoritatem conciliare apud plebeculã ſtuduerint. Cùm Lutherus ſuam doctrinam popello videret plauſibilem, quòd viam vt ſpatioſam & latam, ita ad mortem & inferos decurrentem doceret magno ruſticorum applauſu, Eliæ tertij & Euangeliſtæ nomen inuenit. Neq; ſuos, alioqui non indoctos, eum hoc titulo exornare puduit, neq; in hác vſq; diem pudet pigetúe, haud citra inuidiam ſanè aliarum ſectarum, Calui-

*Lut. 3. Elias & quintus Euangeliſta Epi. ad Ducem Saxo. Georgium & To. 6. fol. 165.*

ni in primis & quorundam aliorum. Bremen. enim concionatores, vt suas illas seductas Christi ouiculas in Lutheranismo contineãt quas nũc ad Zvvinglium, aut Svvencfeldium, aut etiã Anabaptistas quiritãtur deficere, hortantur vt primum fidei suæ Apostolũ cogitent Lutherum, qui ipsos ad veritatem Christi primus (inquiũt) perduxit, eóque laudibus vehunt, vbi D. Paulo eũ stolidè comparassent, vt oẽs alios Euangelij istius noui socios nihil esse dicant ad illum suum Apostolum. Hunc enim esse illum tertium Eliam à scripturis p̃dictum, ante diem illum magnum Domini venturum, &c.

*In confess. Saxo de Eucharist. Lutherani ad alias sectas deficiunt. Lutherum stol dè D. Paulo comparant Bremen. Caluinum, aliosq; nihil ad Lutherũ esse quàm Pseudoprophetas.*

Ad hanc laudandi Lutheri necessitatem sese adegisse aiũt illum Thrasonicum Gallum (Caluinum) qui proximè contemptis ebrijs (inquiunt) Saxonib. ingentes exercitus Doctorum ex sua officina iactanter polliceri, & prædicare ausus est.

*Ebrios Saxones contemnit Caluinus.*

His Saxonum vocibus Caluinus ere

ptæ ſibi,ſuoq; Apoſtolo Zvvinglio laudis dolore perſtrictus,quòd omnes alij Euangelici nihil ſint ad illum verum ſcilicet Eliam Lutherum, ſed pſeudoprophetę & ſeductores: cùm & ſe inprimis ſeriam admodum,ac magno ſeductorũ numero frugiferam Diabolo ditando nauaſſe ſibi conſciret operam, non potuit hanc iſtorum ebriorum, quos dicit,Saxonũ ferre aut ſui Lutheri prædicandi licentiam,aut in ſe ſuóſue maledictiẽam. Audi ergo, quónam pacto ipſe Lutheri laudes eleuet, proterat,cõculcet. Saxones illos igitur notans,quod Lutheri nomine abutãtur ad ſuum cõmodum, vel potius ad ſuã libidinẽ,ſi quid vitij (inquit) permixtũ fuit ſummis Lutheri virtutibus, ſepultum eſſe velim. Certè quæcunq; fuerunt, ne ea exagitem, donorum, quibus præditus fuit, reuerentia & amor me retinet. Vitia aũt pro virtutibus exoſculari, ſtultæ & præpoſteræ affectationis eſt. Minus etiã excuſabilis

*Caluinus oblique Lutherum notat, dum ſe uindicat.*

*Vitia Lutheri diſsimulat calliděCaluinus*

„ ſabilis inconſiderati zeli feruor, ꝙ
„ Scripturã turpiter & pudendũ in mo-
„ dũ corrumpunt, vt D. Ioannis Bapti-
„ ſtę ſpolijs Lutherũ exornent. Quam-
„ uis enim non negent etiam in Ioannẽ
„ Baptiſta factum eſſe, quod de ventu-
„ ro Elia prædixerat Malachias: volũt
„ tamen de Luthero intelligi hoc vatici
„ nium, quia ſit Elias ille, ꝑ quem reſti-
„ tuenda fuerint omnia. Et quod in Io-
„ anne Baptiſta ſemel factum eſt nõ ob-
„ ſcurè, tam Prophetæ, quàm Chriſti te
„ ſtimonio, in Luthero fuiſſe iterandũ.

*Lutheranos ſcripturas turpiter corrumpere ait Caluinus.*

„ Qua falſitate non minùs fœdarũt
„ Lutheri nomen, quàm Aegyptij Iere-
„ miæ corpus, ſepulchrumque eius ad-
„ orando.

*Lutheranos falſi Idololatriæ accuſat Caluinus.*

„ Atq; vt Eliæ nomen Luthero cõce
„ datur, ſacrilegę tamen eſt temeritatis,
„ aſſerere vltimum Eliam, ac ſi præciſa
eſſet Deo manus, ne quem pręſtantiorẽ
parẽüc poſteà emittat. Agnoſcis quid
Gallũ hunc, quem Bremenſes dixerãt
Thraſonicum ſeductorem & Pſeudo-

*Cur indignè ferat Caluinus illas Lutheri laudes.*

prophetã, vrat. Per Lutheri laudes sibi, suisq́; gloriosam istã Diabolici huius belli victoriam dolet, frendetq́; nõ esse tributã. Hinc em̃ illę lachrymę, Calui
,, ni Epiphonemate expressæ, Ac si Deo
,, esset præcisa manus, (inquit) ne quem
,, præstantiorem vel parẽ posthac emit

*Sacramẽtarios plus cladis attulisse Christi Ecclesiæ quã Lutheranos*

tat. Sanè si Ecclesiæ Christi damna recenseas, quæ tam per Sacramentarios, quàm Lutheranos Diabolus istorum Deus inflixit, agnoscas non modò aliquem Luthero parem, sed etiam pestilentiorem, peccatis nostris ita commerentibus, fuisse immissum. Quot enim millibus Lutheranos Sacramẽtarij vincant, facilè id modò ipsa loquitur Gallia, Anglia, Scotia, & ipsa quoq; Germania. Præterquam enim quod Lutheranorum plurimi, adeoque non pauci antesignani sese ad Zvvinglij, siue Caluini castra transferunt, omnes etiam Svvencfeldiani, ipsaq; Reipublicæ fæx copiosissima Anabaptistæ, tot sectis numerosissimi, sunt Sacramẽtarij. Hi omnes

nes, vt Luthero Eliæ nomen cum Caluino detrahunt: ita cum Zvvinglio eum clamant hæreticum: vnde & seductorem esse ac Pseudoapostolum, vel illorum præiudicio, necessariò sequitur. Sanè Foxus Lutheri scripturus historiam, non alio eum, quàm Centurionis nomine celebrat. Ioannes à Lasco ita Lutherum omni deiecit authoritatis cathedra, vt crassum eum rusticũ passim dictitaret, teste Eras. Albero.

*Lutherus Zwinglio hæreticus, Caluino Pseudohelias, alijs pseudopropheta & pseudoapostolus.*

*Ioan. à Lasco crassus est rusticus Li. 3. cõtra Zwinglia.*

Cæterùm quod tandem nomen mereatur nihil hîc attinet dicere, cùm notum sit, qualem eum declarauerit atque habeat Catholica Christi Ecclesia. Sed vt in viam recurrat oratio, quónam vnquam miraculo Lutherus sese suis aut Prophetam aut Eliam probauerit, nondum liquet, nisi quod VVilh. Nesenum in Albi submersum vanis immurmurationibus spe miraculi in vitam reuocare frustrà tentauit. Quàm verò egregium sese præstiterit exorcistam, vnum

*Lutherus miracula facere frustrà molitus.*

illud exemplum ſatis loquitur. Cùm Dęmoniacam quandam liberare conaretur, ne ſe prorſus miraculorum gratia deſtitutum ſuis probaret, illam cum aliquot ſui gregis homunculis in templi Sacrarium facit adduci; quam vbi adiurare eſſet exorſus, tanto fuit Lutherus ad diaboli vocem, terrore prorſus panico perculſus, vt vi metus aluus diſſoluta ꝑ poſteriora tantũ non quæreret remediũ. Cùm itaq; Deus optimus nondum voluerit iſtos Antichriſtos miraculis eſſe claros, ne tentatio hæc electos quoq;, ſi fieri poſſet, ſeducat, illi quod poſſunt, ſeſe iactant Apoſtolos & Euangeliſtas. Lutherus igitur ſe Heliam tertiũ, qui reſtitueret omnia, Oſiander ſeſe nomine ſecũdi Enoch ornauit. Alij Lutheri diſcipuli ſeſe cæleſtes Prophetas iactabant, vt Muntzerus cũ ſuis ſeditioſis. Zvvinglius, etſi ſuum dogma ſibi cõfirmatum diceret per ſomnium à genio quopiam, dubitat an albo vel atro, tamen ſeſe pro Chriſti Apoſtolo non

*Staphylus. 2. Apol.*

*Euangelici miraculis deſtituti ſeſe iactant quod uolũt, Lutherus Elias, Oſiãder Enoch.*

fuit

fuit ausus venditare. Sed eius Discipul9 Seruetus Euangelij noui nouo quoque spiritu inflatus etiamnum adolescentulus, annos 25. teste Caluino nondum natus, vnicum sese orbis Prophetam iactitabat.

*Seruet. vnicus mundi Propheta.*

Tandem Dauidgeorgius de vitriaria fornace atq; histrionum scena in Euangelicorum cloacam delapsus, sese verũ illum Messiam, dilectumq; Dei filium (O superbiam Lucifero dignam) profiteri non erubuit.

*Dauidgeorgius Christus.*

Sed quantumuis oẽs sese iactitãt Apostolos, Helias, Enochos aut Euangelistas, nullo tamen adhuc miraculo Ecclesiæ Dei declarare potuere, sese esse à Deo missos, adeò vt nullus eorum, ait Erasm. extiterit, qui vel equum claudũ sanare potuerit.

*Diatriba de lib. arbit.*

Vnum istorum omnium noui Mennonem, Anabaptistarum ducem, qui nominatim recitat aliquot Lutheranorum Concionatores subitanea morte abreptos: qui suum dogma infestarunt.

*O horrendũ Lutheranorum miraculum.*

*Menno quænam iactet miracula Lutheranorum.*

Wiſmariæ ait an.55. Vincentium quendã, cùm in ſuggeſtu ꝓfiteretur ſeſe Anabaptiſtas infamaturum, dum os ſibi eſſet patulũ, è ueſtigio obmutuiſſe, & domũ fuiſſe deportatũ. Alios in mẽſa narrat, cũ ipſi mortẽ minitarẽtur, ſubitò extinctos. ſed fidẽ his habeant, qui pfidis impoſtoribus aures præbere ſolent.

Certè ſi hæc ſui Euangelij vi fecit Menno, mirũ cur ſe tot per annos claudicantem ſanare nequiuerit.

*Miraculis conãtur Euangelici ſuam fictitiã doctrinam ſtatuere.*

Cæterùm ne quid relinquerent intentatum Euangelici ad ſuas fabulas orbi pro Euangelio venditandas, non defuiſſe ex eis adeò temerarios, qui vel miraculo fictitio fictitiam ſuam doctrinam conati ſint confirmare, notius eſt, q̃ vt inficiari queant. Cautè igitur Beza, qui in Colloquio Poſsiaco anno 62. ſuam vocationem Eccleſiaſticam appellabat extraordinariam.

DVB. Aiunt Caluinum voluiſſe mortuum in vitam reuocare ad ſuæ doctrinæ confirmationem. Eſt ne ita?

CON.

CON. Certi nihil mihi cõperire licuit hactenus, nisi quod fide digni quidam narrãt sese ex Burgundis, & nostratib9 studiosis illinc reuersis audisse, certissimũ esse, Caluinũ ꝓ concione publica quendã stipendiolo vt sese mortuum simularet conductum, voluisse quasi in vitam reuocare: q vbi sese feretro imponi fuisset passus, in templum ꝑlatus diuina vltione verè repertus est mortuus: frustrà Caluino inclamante, Surge, Surge, in Christi nomine tibi dico Surge. Hac de mariti iniuria vxorẽ fuisse grauiter aput Magistratum Geneuẽ: conquestam, collectaq́; informatione rem fuisse veram deprehensam, sed in gratiam sui Euangelistæ suppressam. Certè Caluino homicidij crimen obiecit Seruetus, quod cùm Symmistæ Geneuenses ceu probrum suo Apostolo indignum elusissent, ille suo in Responso ad articulos à Geneuensibus sibi obie-„ ctos constãter affirmat. Homicidam „ (inquit) dixi Caluinũ verè, & Simo-

*De Caluini miraculo.*

*Caluinum probare vult Seruetus homicidam ex actis publicis.*

Caluinus homicidium sibi obiectũ dissimulat, quia probari noluit.

„ nis Magi sectatorem. Nega te homi-
„ cidã, & Actis publicis probabo. Ad
„ hanc criminationẽ Caluinus sua in
refutatione ne gry quidẽ. An aliud ho-
micidij genus Caluino Seruetus obiece
rit, hîc non ita permagni refert. Sanè a-
ctis publicis sese ꝓbaturum offert Ser-
uetus, gestorum illic conscius, quod ꝓ-
batum Caluinus noluit. Certè q̃ sit ani-
mô sanguinario, vnum illud demon-
strat, quod Heshusius affirmat sua De-
fens. se à CL. V. fideq; dignis. audisse, q
viderit Caluinum publico iudicio de
rebus criminalibus assidẽtem, atq; sua
sententia condemnantẽ reum supplicio
Capitali. O Patrẽ Euangelicum Calui
nũ? Verũ vtvt sese habeat illud celebra-
tũ toto orbe Caluini miraculum, hoc ti
bi pro vero affirmo, haud ita pridem in
Polonia non longè à Cracouia pago
Biethzaze quiddam fuisse tentatum si-
mile, vti doctissimus vir D. Franciscus
Turrianus lib. 1. dogmat. Charact. Ver
bi Dei recenset.

Caluinus sanguinarius Iudex.

Con-

Cõcionator enim sui Euangelij gratia confirmandi quendam Matthæum certo conduxit stipendio, qui sese mortuum simularet, atq; ad clamitantis vocem ceu mortuus resurgeret. Illum feretro inclusum ad templũ deducit vxor, artificij nefarij conscia, funus fletu & eiulatu prosequitur. Ille vbi satis de suo nouo Euãgelio tonasset, Surge (inquit) Matthæe in nomine Christi, cuius Euãgelium prædico. Cùm Matthæus non surgeret, ille inclamat altiùs, vt somnum fortè excuteret. Vbi nec ita exurgeret Matthæus, itur ad feretrum, detegitur velata facies, & reuerà deprehenditur mortuus, qui sese tanto aliorum periculo mortuum, atque à mortuis in vitam reuocatum simulare voluerat. Mox vxor, quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat, nunc verè lachrymis, vocibus, ac tantum non pugnis in Concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta, suo malo isti nouo fidem habuit Euãgelio.

*do, & extinguendo dissidiorum incendio matu re consultãdum.*

breui occurratur, metuendum sanè vereor, ne vllo nec consilio politico, nec Ecclesiastico concilio rebus deploratissimis succurri queat. Hæc in præsens Dubitanti sufficiant. quæ supersunt in crastinum si videbitur differamus, quò & ego ad dicendum, tu verò ad audiendum huc redeamus alacriores.

DVB. Dies quoq; inclinatior iã nos abire monet. Vale igitur in crastinum.

CON. Et tu vale incolumis, sed cura vt cras te hîc reperiam.

DVB. Faciã ne per me stet, quin quod cœpisti perficias, Vale.

# LIBER TERTIVS DVBITANTII DE VERA PER CHRISTVM

*Salutis uia.*

CONSTANT.

TE huc ex condicto Dubitanti redijsse gaudeo. Salue multùm.

DVB. Tu quoq; salue. mihi profectò

ex animo gratulor, per te nō ſtare, quò minus optatam mihi illam ſalutis per Chriſtum viam liceat indubitáter, certoq; cognoſcere. Demonſtrato nunc tot argumentis, ſanè animum meum à tam varijs pugnātibuſq; Euangelicorū ſectis reuocantibus, Verbum Dei per Lutherū, Caluinum, & alios hactenus non reſtitutum, ſed adulteratum atque reuerà Germanijs ſuffuratū, & vti Paulus loquitur, aſtutia hominum peruerſum, Diaboli dolo aliam in faciem, & (ſi verum dicere licet) in mendacium inuerſum ac transformatū: Perge obſecro poſt enumerata illa in Chriſtum bella, eiuſq; in Eccleſiam Catholicam ſtratagemata (quibus Lutherus & in Chriſtum fuit blaſphemus, & in homines, ſuam illis eripiens mentē & liberū arbitrium, iniurius: poſt innumeras ex eo propagatas ſectas, mutuis non modò diſsidijs odijſue capitalibus, ſed gladijs quoque internecinis, adeoq; ignibus ſeſe iugulantes; poſt renouata deniq;

CAP. I. *Epilogus dictorum cum Tranſitione ad calamitates per Euangelicos orbi inuectas.*

niq; priſcorum hæreticorum abſurda dogmata, inuectumq́; non modò Iudaiſmum, ſed & Mahumetiſmum, adeoq́; Atheiſmum) perge inquam illas cõmemorare calamitates, quas ex Lutheri, eiusq; contra domum Dei Eccleſiã Chriſti Catholicam cõiuratione, ſchiſmate atq; rebellione perpeſſa eſt noſtra Germania.

*Euangeliſti nullo miraculo aut Dei uocatione: ſed mera iactantia, adulatione & arrogantia ſibi apud cæcum popellũ conciliarũt authoritatẽ, dum illi placentia loquũtur.*

CON. Iſtud tibi lubens admodùm, licèt perdolenter, fecero, vbi antè expoſuerim, quánam ratione Lutherus, eiuſque diſcipuli nouis ſuis opinionib. authoritatem conciliare apud plebeculã ſtuduerint. Cùm Lutherus ſuam doctrinam popello videret plauſibilem, quòd viam vt ſpatioſam & latam, ita ad mortem & inferos decurrentem doceret magno ruſticorum applauſu, Eliæ tertij & Euangeliſtæ nomen inuenit. Neq; ſuos, alioqui non indoctos, eum hoc titulo exornare puduit, neq; in hãc vſq; diem pudet pigetúe, haud citra inuidiam ſanè aliarum ſectarum, Calui-

*Lut. 3. Eli as & quintus Euangeliſta Epi. ad Ducem Saxo. Georgium & To. 6. fol. 165.*

ni in primis & quorundam aliorum. Bremen. enim concionatores, vt ſuas illas ſeductas Christi ouiculas in Lutheraniſmo contineāt quas nūc ad Zvvinglium, aut Svvencfeldium, aut etiā Anabaptiſtas quiritātur deficere, hortantur vt primum fidei ſuæ Apoſtolū cogitent Lutherum, qui ipſos ad veritatem Christi primus (inquiūt) perduxit, eoque laudibus vehunt, vbi D. Paulo eū ſtolidè comparaſſent, vt oēs alios Euangelij iſtius noui ſocios nihil eſſe dicant ad illum ſuum Apoſtolum. Hunc enim eſſe illum tertium Eliam à ſcripturis p̄dictum, ante diem illum magnum Domini venturum, &c.

*In confeſſ. Saxo. de Eucharist. Lutherani ad alias ſectas deficiunt. Lutherum ſtolidè D. Paulo comparant Bremen. Caluinum, aliosq́; nihil ad Lutherū eſſe, quàm Pſeudoprophetas.*

Ad hanc laudandi Lutheri neceſsitatem ſeſe adegiſſe aiūt illum Thraſonicum Gallum (Caluinum) qui proximè contemptis ebrijs (inquiunt) Saxonib. ingentes exercitus Doctorum ex ſua officina iactanter polliceri, & prædicare auſus eſt.

*Ebrios Saxones contemnit Caluinus.*

His Saxonum vocibus Caluinus ere

ptæ

ptæ sibi, suoq; Apostolo Zvvinglio laudis dolore perstrictus, quòd omnes alij Euangelici nihil sint ad illum verum scilicet Eliam Lutherum, sed pseudoprophetę & seductores: cùm & se inprimis seriam admodum, ac magno seductorũ numero frugiferam Diabolo ditando nauasse sibi consciret operam, non potuit hanc istorum ebriorum, quos dicit, Saxonũ ferre aut sui Lutheri prædicandi licentiam, aut in se suósue maledictiẽam. Audi ergo, quónam pacto ipse Lutheri laudes eleuet, proterat, cõculcet. Saxones illos igitur notans, quod Lutheri nomine abutãtur ad suum cõmodum, vel potius ad suã libidinẽ, si quid vitij (inquit) permixtũ fuit summis Lutheri virtutibus, sepultum esse velim. Certè quæcunq; fuerunt, ne ea exagitem, donorum, quibus præditus fuit, reuerentia & amor me retinet. Vitia aũt pro virtutibus exosculari, stultæ & præposteræ affectationis est. Minus etiã excusabilis

*Caluinus oblique Lutherum notat, dum se uindicat.*

*Vitia Lutheri dissimulat callidè Caluinus*

„ fabilis inconſiderati zeli feruor, q̄ „ Scripturā turpiter & pudendū in mo- „ dū corrumpunt, vt D. Ioannis Bapti- „ ſtę ſpolijs Lutherū exornent. Quam- „ uis enim non negent etiam in Ioannē „ Baptiſta factum eſſe, quod de ventu- „ ro Elia prædixerat Malachias: volūt „ tamen de Luthero intelligi hoc vatici „ nium, quia ſit Elias ille, p̄ quem reſti- „ tuenda fuerint omnia. Et quod in Io- „ anne Baptiſta ſemel factum eſt nō ob- „ ſcurè, tam Prophetæ, quàm Chriſti te „ ſtimonio, in Luthero fuiſſe iterandū.

*Lutheranos ſcripturas turpiter corrumpere ait Caluinus.*

„ Qua falſitate non minùs fœdarūt „ Lutheri nomen, quàm Aegyptij Iere- „ miæ corpus, ſepulchrumque eius ad- „ orando.

*Lutheranos falſi Idololatriæ accuſat Caluinus.*

„ Atq; vt Eliæ nomen Luthero cōce „ datur, ſacrilegę tamen eſt temeritatis, „ aſſerere vltimum Eliam, ac ſi præciſa eſſet Deo manus, ne quem prę̄ſtantiorē pareūe poſteà emittat. Agnoſcis quid Gallū hunc, quem Bremenſes dixerāt Thraſonicum ſeductorem & Pſeudo-

*Cur indignè ferat Caluinus illas Lutheri laudes.*

prophetã, vrat. Per Lutheri laudes sibi, suisq; gloriosam istã Diabolici huius belli victoriam dolet, frendetq; nõ esse tributã. Hinc em̃ illę lachrymę, Calui „ni Epiphonemate expressæ, Ac si Deo „ esset præcisa manus, (inquit) ne quem „ præstantiorem vel parẽ posthac emit tat. Sanè si Ecclesiæ Christi damna recenseas, quæ tam per Sacramentarios, quàm Lutheranos Diabolus istorum Deus inflixit, agnoscas non modò aliquem Luthero parem, sed etiam pestilentiorem, peccatis nostris ita commerentibus, fuisse immissum. Quot enim millibus Lutheranos Sacramẽtarij vincant, facilè id modò ipsa loquitur Gallia, Anglia, Scotia, & ipsa quoq; Germania. Præterquam enim quod Lutheranorum plurimi, adeoque non pauci antesignani sese ad Zvvinglij, siue Caluini castra transferunt, omnes etiam Svvencfeldiani, ipsaq; Reipublicæ fæx copiosissima Anabaptistæ, tot sectis numerosissimi, sunt Sacramẽtarij. Hi omnes

*Sacramẽtarios plus cladis attulisse Christi Ecclesiæ quã Lutheranos*

nes, vt Luthero Eliæ nomen cum Caluino detrahunt: ita cum Zvvinglio eum clamant hæreticum: vnde & seductorem esse ac Pseudoapostolum, vel illorum præiudicio, necessariò sequitur. Sanè Foxus Lutheri scripturus historiam, non alio eum, quàm Centurionis nomine celebrat. Ioannes à Lasco ita Lutherum omni deiecit authoritatis cathedra, vt crassum eum rusticũ passim dictitaret, teste Eras. Albero.

*Lutherus Zwinglio hæreticus, Caluino Pseudoelias, alijs pseudopropheta & pseudoapostolus.*

*Ioan. à Lasco crassus est rusticus Li. 3. cõtra Zwinglia.*

Cæterùm quod tandem nomen mereatur nihil hîc attinet dicere, cùm notum sit, qualem eum declarauerit atque habeat Catholica Christi Ecclesia. Sed vt in viam recurrat oratio, quónam vnquam miraculo Lutherus sese suis aut Prophetam aut Eliam probauerit, nondum liquet, nisi quod VVilh. Nesenum in Albi submersum vanis immurmurationibus spe miraculi in vitam reuocare frustrà tentauit. Quàm verò egregium sese præstiterit exorcistam, vnum

*Lutherus miracula facere frustrà molitus.*

illud exemplum ſatis loquitur. Cùm Dęmoniacam quandam liberare cona retur, ne ſe prorſus miraculorum gratia deſtitutum ſuis probaret, illam cum ali quot ſui gregis homunculis in templi Sacrarium facit adduci: quam vbi adiu rare eſſet exorſus, tanto fuit Lutherus ad diaboli vocem, terrore prorſus pani co perculſus, vt vi metus aluus diſſoluta ꝑ poſteriora tantū non quæreret remediū. Cùm itaq; Deus optimus nondum voluerit iſtos Antichriſtos miraculis eſſe claros, ne tentatio hæc electos quoq;, ſi fieri poſſet, ſeducat, illi quod poſſunt, ſeſe iactant Apoſtolos & Euangeliſtas. Lutherus igitur ſe Heliam tertiū, qui reſtitueret omnia, Oſiander ſeſe nomine ſecūdi Enoch ornauit. Alij Lutheri diſcipuli ſeſe cæleſtes Prophetas iactabant, vt Muntzerus cū ſuis ſeditioſis. Zvvinglius, etſi ſuum dogma ſibi cōfirmatum diceret per ſomnium à genio quopiam, dubitat an albo vel atro, tamen ſeſe pro Chriſti Apoſtolo non

*Staphylus. 2. Apol.*

*Euangelici miraculis destituti ſeſe iactant quod uolūt, Lutherus Elias, Oſiāder Enoch.*

fuit

fuit ausus venditare. Sed eius Discipul⁹ Seruetus Euangelij noui nouo quoque spiritu inflatus etiamnum adolescentulus, annos 25. teste Caluino nondum natus, vnicum sese orbis Prophetam iactitabat.

*Seruet. vnius mundi Propheta.*

Tandem Dauidgeorgius de vitriaria fornace atq; histrionum scena in Euangelicorum cloacam delapsus, sese verũ illum Messiam, dilectumq; Dei filium (O superbiam Lucifero dignam) profiteri non erubuit.

*Dauidgeorgius Christus.*

Sed quantumuis oẽs sese iactitãt Apostolos, Helias, Enochos aut Euangelistas, nullo tamen adhuc miraculo Ecclesiæ Dei declarare potuere, sese esse à Deo missos, adeò vt nullus eorum, ait Erasm. extiterit, qui vel equum claudũ sanare potuerit.

*Diatriba de lib. arbit.*

Vnum istorum omnium noui Mennonem, Anabaptistarum ducem, qui nominatim recitat aliquot Lutherano rum Concionatores subitanea morte abreptos: qui suum dogma infestarunt.

*O horrendũ Lutheranorum miraculum.*

*Menno quæ nam iactet miracula Lutheranorum.*

Wiſmariæ ait an.55. Vincentium quendã, cùm in ſuggeſtu ꝓfiteretur ſeſe Anabaptiſtas infamaturum, dum os ſibi eſſet patulũ, è ueſtigio obmutuiſſe, & domũ fuiſſe deportatũ. Alios in mẽſa narrat, cũ ipſi mortẽ minitarẽtur, ſubitò extinctos. ſed fidẽ his habeant, qui ꝑfidis impoſtoribus aures præbere ſolent.

Certè ſi hæc ſui Euangelij vi fecit Menno, mirũ cur ſe tot per annos claudicantem ſanare nequiuerit.

*Miraculis conãtur Euangelici ſuam fictitiã doctrinam ſtatuere.*

Cæterùm ne quid relinquerent intentatum Euangelici ad ſuas fabulas orbi pro Euangelio venditandas, non defuiſſe ex eis adeò temerarios, qui vel miraculo fictitio fictitiam ſuam doctrinam conati ſint confirmare, notius eſt, q̃ vt inficiari queant. Cautè igitur Beza, qui in Colloquio Poſsiaco anno 62. ſuam vocationem Eccleſiaſticam appellabat extraordinariam.

DVB. Aiunt Caluinum voluiſſe mortuum in vitam reuocare ad ſuæ doctrinæ confirmationem. Eſt ne ita?

CON.

CON. Certi nihil mihi cōperire licuit hactenus, nisi quod fide digni quidam narrāt sese ex Burgundis, & nostratib9 studiosis illinc reuersis audisse, certissimū esse, Caluinū ꝓ concione publica quendā stipendiolo vt sese mortuum simularet conductum, voluisse quasi in vitam reuocare: q vbi sese feretro imponi fuisset passus, in templum ꝑlatus diuina vltione verè repertus est mortuus: frustrà Caluino inclamante, Surge, Surge, in Christi nomine tibi dico Surge. Hac de mariti iniuria vxorē fuisse grauiter aput Magistratum Geneuē: conquestam, collectaq; informatione rem fuisse veram deprehensam, sed in gratiam sui Euangelistæ suppressam. *De Caluini miraculo.*

Certè Caluino homicidij crimen obiecit Seruetus, quod cùm Symmistæ Geneuenses ceu probrum suo Apostolo indignum elusissent, ille suo in Responso ad articulos à Geneuensibus sibi obiectos constāter affirmat. Homicidam (inquit) dixi Caluinū verè, & Simo- *Caluinum probare vult Seruetus homicidam ex actis publicis.*

Cócionator enim ſui Euangelij gratia confirmandi quendam Matthæum certo conduxit ſtipendio,qui ſeſe mortuum ſimularet,atq; ad clamitantis vocem ceu mortuus reſurgeret. Illum feretro incluſum ad templű deducit vxor,artificij nefarij conſcia,funus fletu & eiulatu proſequitur.Ille vbi ſatis de ſuo nouo Euãgelio tonaſſet, Surge (inquit) Matthæe in nomine Chriſti,cuius Euãgelium prædico.Cùm Matthæus non ſurgeret,ille inclamat altiùs,vt ſomnum fortè excuteret. Vbi nec ita exurgeret Matthæus,itur ad feretrum, detegitur velata facies,& reuerà deprehenditur mortuus, qui ſeſe tanto aliorum periculo mortuum,atque à mortuis in vitam reuocatum ſimulare voluerat. Mox vxor,quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat,nunc verè lachrymis,vocibus,ac tantum non pugnis in Concionatorem illum, non paſtorem, ſed impoſtorem inuecta, ſuo malo iſti nouo fidem habuit Euãgelio.

Sic per Hollandiam Anabaptiſtam quendam ſimulaſſe mutatæ in vinum aquæ, captorum item piſciū, quos paulò antè in puteum iniecerat, miraculum notius eſt, imò vt quidam aiunt ex *Actis* Publicis demōſtrari poſſe, quàm vt ſit verboſiùs referendum. Plurima quoque de Georgio Dauidis audiui ab oculatis teſtibus, quæ conceptam paſſim de eo magiæ opinionem mirificè confirment.

DVB. Memini & Dordraci illum ſimili artificio elapſum audire. Cum in nauigio ſua venenata dogmata aſpergere non dubitaſſet, vbi ſolet iſta peſtis graſſari haud infrequenter, egredientem de naui vectores quidam obſeruare conſtituunt, quónam diuerteret hoſpitij cauſa, vident quidem egredientem, ſed cùm paululum eſſet progreſſus euanuit. Ab iſtis nō eſt alienum, quod quidam aiunt eò fuiſſe illum dementiæ delapſum, vt ſubinde in aëra ad pedes ſex, aut hominis ſtaturam eleuaretur.

tur. Argento enim viuo copiosè suos calceos aiunt repleſſe, eiusque vi in aëra ſublatum. Num & hæc tibi incognita?

CON. Audiui quidem, ſed citra certum teſtimonium. Verùm vt vt hæc ſeſe habeant, noſtra in præſens parui refert. Certè illum ob artes magicas malè paſsim audire, notiſsimum eſt. Noui enim, qui vbi impiam eius doctrinam abominati ad Catholicam redirēt Eccleſiam, ſeſe ſibi perſuaſiſsimum habere dicerent, fuiſſe præſtigijs deluſos: vti nobis cum lachrymis minimè ſimulatis deplorabant. Cæterùm de Monaſterienſibꝰ illis Anabaptiſtis certò certius eſt, conatos fuiſſe ſimulata ſanguinis pluuia, alijsq́; impoſturis ſuū confirmare Pſeudoeuangelium. Eò etiam inſaniæ quoſdā Tiguri fuiſſe redactos teſtatur Bullinger. vt ſibi dona linguarum polliceri à Patre cæleſti nō dubitarent, ſed eos vaniſsima illuſit ſpes: ſicuti & per Hollandiā nouū manna de

*Miracula Monaſterienſium.*

*Quàm sit efficax Sathan in Anabaptistis suis: qui donec in errore perseuerant, legere norunt.*

cælo expectantes Adamitas. Illud tamen intactum præterire nō possum, ex fide dignis me audijsse. tam efficacem fuisse Sathanæ in Anabaptistas imposturam, vt simulato quasi miraculo, dū sese illi Fanaticæ factioni deuouerent, sacra vt possent legere, quòd anteà neq; norant, neq; didicerant. Sed si ab istis resipiscāt etiā reuulsi præstigijs, vnà cū animi pœnitentia perit & legendi sciētia. Equidem istud diu pro fabuloso habui, donec apud Harlemen, vir Catholicus N. minimè ignotus narrabatur, suam vxorem, vbi vi ad cubiculum perrupisset (in quo expanso capillitio inter fratres sedebat Anabaptismū susceptura) vi extraxisse legentem nescio quæ ipsorū mysteria: quam domi cùm moneret, vt aliquid legeret, illa sese ne literas quidem amplius nouisse respondit. Simile & Louanij de iuuencula quadā ab Anabaptismo resipiscente iam pridem me frequenter audijsse, recolo.

Istiusmodi aliquot miraculis nouo

isto

iſto Euangelio dignis Prophetæ iſti orbi voluere illudere: atq; vtinam licuiſſet riſu & ſannis illorum impoſturam eludere. Verùm quantam corporum, vt animorum hîc taceamus, iacturam irrecuperabilem iuxtà atque incomparabilem Lutherus cum ſuis coniuratis attulerit Germaniæ, nunc tempus eſt vt commemoremus.

**CAP. III.**
*De calamitatibus Germaniæ per Lutherum inuectis.*

DVB. Verebar equidem ne poſt verbi Dei deprauationes, atq; fidei in Chriſtum corruptelas, ſilentio prætererires illas memorabiles calamitates, quas initio naſcentis ſui Euangelij Lutherus cũ ſuis attulit. Age igitur dudum promiſſa nunc præſta.

CON. Poſteáquã Lutherus ann. 20. libellum edidiſſet, cui titulũ fecit, Prę- ludium Captiuitatis Babylonicæ, plurimos ſua doctrina ad rebellionẽ concitare cœpit. Docebat enim, Chriſtianis nullam legem, ſiue ab hominibus, ſiue ab angelis vllo iure imponi poſſe, niſi quantum ipſi velint. Liberi enim ſu

*An. 20. Lutherus falſam prædicando Euangeij libertatem ruſticos in ſeditionẽ concitauit.*

*Tuba Lutheri ad ſe-*

mus,

ditionem ex Capt. Babylo. mus, inquit, ab omnibus. Rursus nullum hominũ habere ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu, quicqd aliter fiat, tyrannico spiritu fieri. Imò nullam, ait ibidem, esse remedij spem, nisi reuocato (inquit) libertatis Euangelio, extinctis semel omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus. Ad primum libellorum Lutheri gustum Erasmus rectè diuinabat,

Lut. règnũ affectat, Anabaptistæ captãt, Caluinus possidet.

Rem in seditionem exituram: cuius testẽ, vti ait, faciebat Capitonẽ, epist. ad F Fr. Inf. Germa. Prudentissimè igitur Carolus Aug. Comitijs Vvormatiẽsib. vnà cũ Statibus omibus Imperij anno mox consequuto pronunciauit, libros Lutheri magnæ seditiõis atq; Schismatis in Ecclesia Dei esse fomites.

An. 21. Edicto Vuormatien. Seditiosum Lutherum pronunciat Cæsar. cum Statibus Imperij.

Obedientiam enim & regimen omne tollere, vnde populi ad defectionem & rebellionẽ à suis tam spiritualibus, quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia cum

manifesto Reipubl. Christianæ discrimine prouocentur.

Et quidem seditiosum suum istum spiritum Lutherus apertissimè prodidit in ipso Imperatoris, atq; Statuum Imperij consessu Vvormatiæ, cùm illam Christi vocem, Non veni pacem mittere, sed gladium, detorquens, omnium sibi inquiebat iucundissimam faciem videri, ob verbum Dei studia & dissensiones fieri.

*Ingeniũ Lutheri seditiosum.*

Mox quod anteà Lutherus iactitarat obscuriùs, Euangelij indolem esse bella & seditiones mouere, sub bellum Rusticũ apertè verbis & scriptis ꝓfitebatur. Inter Christianos nullũ esse magistratum, siue superioritatem: Rursus Deum orandum esse, ait lib. cõtra edicta Cæsaris, ne rustici Principibus obedientiam præbeant, vel in militiã eant, vel dent aliquid contra Turcas: quòd Turca decies probior prudẽtiorq́; sit, quàm nostri Principes. Ideo nihil prosperitatis expectandum à nostris: necquicquam

*Anno 22.*

*Seditiosa Lutheri scripta.*

*Lib. 2. de secular. potestate.*

quicquam esse contribuendum contra Turcas. Imò libro de bello contra Turcas ait, Non licere Christianis bellare, sed vim & iniurias pati debere. Rursus in Assertion. artic. 34. Præliari aduersus Turcas, dicit esse repugnare voluntati Dei, visitanti iniquitates nostras.

*Epist. ad fr. infer. Ger.* *O sanguinarias Luthe ri & Zwinglij uoces.* Quid? quod Erasmus commemorat Lutherum scripsisse, eam esse peculiarē Euāgelij naturam, mouere seditiones, Celebratumq́; fuisse Zvvinglij dictum, Euangelium vult sanguinem.

Ex hac Lutheri doctrina tam seditiosa atq; sanguinaria, libellis & concionibus in vulgus cōtra Clerū & Principes sparsis, mox sensit Germania qualém nam sua in viscera admisisset, ac æquo diutius fouisset viperam sanè Euangelicam, suæq́; aduersus edictum Cæsareum, Statuumq́; omnium Vvormatiæ in Comitijs ante biennium frustrà promulgatum inobediētiæ pœnas dedit: quas & in hanc vsq; horam luit *Vipera uerè Euāgelica Luther.*

miser.

miſerrimè, quas pij in Turcicam tandem barbariem veráq; Babylonicam captiuitatem abituras haud immeritò verentur.

Eo enim edicto etſi palam ex iudicio & aſſenſu Electorum, Principum, omnium Ordinum & Statuum Imperij ſententiam Romani Pontificis & condemnationem exequendam fuerit declaratum, Lutherum ab ipſis haberi vt membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, vt obſtinatum, ſchiſmaticum, & Notorium hæreticum, atq; talem ab omnibus habendum decretum & mãdatum: tamen cum noui ſui Euangeliſtæ Germanorum plurimi dulcia in ſpeciem potitaſſent venena, illum licèt ab Eccleſiæ Iudicibus, Academijs & Imperij Ordinibus omnibus damnatum Hæreticum, pro DEI Apoſtolo, adeóque CHRISTI Euangeliſta colere atq; ſuſpicere pergebant.

*Germaniæ cæcitas ut manifeſtum hæreticũ ac ſeditioſum pro Apoſtolo & Euangeliſta ſuſceperit.*

Verùm nõ defuit vigilans illa ſuper Dei domum virga Prophetica. Statim enim

*1. Plaga. Bellum Ruſticũ, muta*

*ta Religionis luit pœnas Saxonia & uicinia.* enim illa Saxonia cum vicinis prouinciis Euangelicis mutatæ ſuæ fidei Apoſtolicæ acerbiſsimas luit pænas. Cùm *An. 25.* enim Ruſtici paſsim per Svveuiam, Alſatiam, Thuringiam & Franconiam in ſeditionem Lutheri voce ceu Alectûs cornu acti, quos ceu Bellona quædam Muntzerus, Carolſtadius, Hetzerus aliiq́; aliquot in rebellionē excitarant, non modò vti illi ſuaſerant, Monaſteria & tēpla inuaſerūt, expilarūt, euerterunt: ſed & Nobiliū caſtra & arces diripuerunt, incenderunt, deſtruxerunt.

Tantus autem monaſteriorum atq; caſtrorum per illos vexatorū fuit numerus, vt per ſolam Franconiam ſuam ad trecenta numerarit Cl. V. Con- *Lib. contra Zwinglių.* radus Vvimpingha. Eraſ. Alberus arces Franconiæ ad 180. numerat oppugnatas.

Cæterùm neque corporibus parcebant latrones illi, adeò vt inter nobiles iſtoc Euangelicorum latrocinio trucidatos numerentur Comites aliquot,

Illu-

Illustres plurimi'. Alberus scribit Comitem Helffensteinum in lanceas fuisse adactum.

*Alber.* jagten sie durch die spiesse.

Iactabat enim Muntzerus, ait Melanchthon commentario ad Colossenses, diuina voce mandatum sese accepisse, vt bellum inferret Principibus. Talem verò conspirationem vbi suo tandem malo exuscitati sentirēt, Principes viri, non Ecclesiasticos modò, quibus illam calamitatem non pauci gratulabantur (tantum erat Cleri odium) sed sese, suaq; omnia petere, prudenti admodum consilio Epimethei, Equites, quos Svveuici vocāt fœderis, hinc illis obijcere, inuadere, dissipare, dispergere, in Danubium detrudere, altissima de rupe depressos demergere, trucidare: Illinc dux Lotharingiæ Anthonius valido exercitu Rusticorum cuneos subita irruptione disturbare, sternere, necare.

*Principes Ger. à Rusticis & ipsi inuasi expergiscūtur*

Hoc in tumultu Rusticorum Germanorū cladē varij variè narrāt, Gen-

*Quotnam perierint*

*bello rustico 100000. 103000. 105000. Vni Luthero illam debet Germania cladem tot suorum filiorum parricidalii cæde trucidatorum.*

nepæus centum millia commemorat, Cochlæus certis ex literis supputat ad centū trìginta millia. In vita verò Clementis scribitur occisa ad centū quinquaginta millia. O bellum sanguinariū. O Germaniam, omnium hactenus orbis nationum victricem, suo nunc Euangelicorū intestino dissidio cruētatam, parricidali sanguine defœdatā, suis denique filiorum manibus semienecatam.

O Euangelicum Lutheri spiritum, qui istam suæ patriæ intulit cladem. Istam inauditam post Germanorum memoriam Domesticam calamitatē, ad quam memorabilis illa ne Iuliani quidem componenda est, cui obsecro alteri acceptam referat, quam vni Martino suo Luthero pseudoapostolo?

*Lutherus Rusticos & Nobiles armat in Ecclesiasticos.*

Hic enim initiò Rusticos cōtra Dominos tam Ecclesiasticos, quàm Principes armauit. Mox & Nobiles contra Ecclesiasticos scriptis & venenatę linguæ flagello concitauit.

Deinde

Deinde vbi Rusticos vidit præter Ecclesiasticorũ bona etiã Nobiliũ inuadere, castra diripere, incendere, euertere, ac quod omnium fuit illi primum, aliter euenire quàm non solum sperarat, sed disertè etiam prophetarat, nimirum de Rusticorum contra Principes Victoria, illum detorquens Psalmi versiculũ, Effusus est super Principes contemptus, hos in illos miserrimè trucidandos alijs nouis scriptis sanguinarijs, imo parricidalibus inflãmauit. Cõuersa itaq; nauigij pro fortunæ successu prora, iam seditiosos illos Lutherus nolebat suos agnoscere: sed illi hũc nihilominus iactitabãt atq; adeò cõuincebãt crudelissimæ huius seditionis authorẽ. Quod illi exprobrans Eras. Tu quidẽ libello, inquit, in agricolas sæuissimo suspicionẽ abs te depulisti: Nec tamen efficis, quò minus credant homines, per tuos libellos præsertim Germanicè scriptos in oleatos & rasos, in Monachos, in Episcopos, ꝓ libertate Euã

*Lutherus Rusticos in Nobiles concitat.*

*Victoriam Rusticus contra Nobiles prophetat Lutherus.*

*Principes in Rusticos trucidandos inflammat Lutherus.*

*In Hyperasp.*

 gelica

gelica cõtra Tyrannidem humanã hisce tumultibus fuisse datam occasionẽ.

Cæterùm quò magis perspecta isthæc Euangelicorũ calamitas tuũ promoueat, mi Dubitanti, animũ, paucis quæso accipias belli istius plusquã Catilinarij calamitates catalogo cõprehensas. KL. Ianuar. rustici suo Abbati Kampid. rebelles mox Algoïci Episco. Augustano & Vlmẽsib. vicini ad 4000 confluxerunt, deinde 5. Martij iuxta VValtyee tanto concurrebãt numero, vt eodem Mense confectis octo cuneis oppida plurima, pagosq; occuparint.

*Catalogus calamitosissimi belli Rustici.*

*An. 1525. Ianuarius. Martius.*

Ad Leypheim Vlmesinum à liga Svveuica trucidati ad 4700. aut in Danubium præcipiti de rupe depressi. In vicinia mactati 1500.

*April.* Decima octaua Aprilis Rustici suum Comitem de Helffenstein cum 13. Nobilibus crudeliter interfecêre in VVinsperg. quem in lanceas adactum illos trucidasse narrat Alberus.

Rheti quoq; suum Comitem Lodo-

vvicum vnà cum oppido Oetinghen capiunt atq; monasterium deripiunt.

Casimirus Marchio adhæc occidit 2500.

Apud Elvvanghen occupatam cum 2. arcibus occisi 500.

In VVirtenbergen. Ducatu occisi 6465.

In VVinsperg. 400.

Dux Lotharingiæ Anthonius per Alsatiam intra triduum occidit 26600 alij scribunt 30000.

Mense Maio per Turingiã Thomas Muntzerus occisis Fuldæ 1100. captus est in fuga iuxta Isenacum trucidatis suis coniuratis 6000. sed resipiscens confessus atq; Catholicæ Christi Ecclesiæ reconcilatus decollatur. *Maius.*

Per Franconiam vbi tam arces Nobilium, quàm monasteria diripuissent atq; exussissent ad 300. passim cæsi sunt 11600.

Casimiro captiui remissi ex Herbipoli 1484. Palatinus internecione de-

leuit 4000. Heſſus cū Saxone ad Franckenhauſen ſex millia trucidarunt.

Alibi quoque incerto numero cecidêre plurimi ruſtici, quorū ſumma à ſola Liga Svveuica creditur occiſa ſupra centena agricolarū millia, deſideratis equitibus tantùm 25. & 200. peditibus.

His adde triginta illa millia per Anthonium Lotharingum in agro deleta.

CAP. III. *Tumultus & ſeditiões in oppidis quoq; per Euangelicos.* Neq; verò huius Lutheranæ ſeditionis flamma ſeſe ruri continuit, ſed & ciuitates plurimas cùm occupaſſet, ciuium ſanguine fuit reſtinguenda: quod ſuo malo in hunc vſque diem deplorāt Francfordia, Moguntia, Colonia.

Certè plurimi paſsim magiſtratus de Rerumpublic. ſalute meritò ſoliciti, cùm populo ſuo Euangelico iſtam videret minimè improbari fabulā, à ſuis magis, quàm ab exteris ſibi metuentes, vix quò ſe verterent habuêre. Baſilienſes vnū ex Euangelij columnis in exiliū abire iubebant, quē ſatellites narrabant ſe nocte S. Paraſceues deprehendiſſe

*O Columnā Euangelcorum.*

hendiſſe non adorantem crucem Chriſti, ſed in Paphiæ Deæ myſterijs operan̄tem. Vti Eraſ. teſtatur epiſt. ad FFr. inf. Ger.

Farellum quoq; (niſi ipſus ille ſit in Lupanari tam ſacro tēpore deprehēſus à ſatellitibus) quum ab ipſo ſeditionem metuerēt, quippe qui ſic in mōte Pellicardi (ait Eraſmus vbi ſacrā rem geſſerat, ſeditioſus, acidæ linguæ & vaniſsimus, vt bis inde profugerit) cupientes Baſilæam à ſeditione tutam, exulatum ire iuſſerunt.

Sed quid intereà, inquias, Lutherus? quid alij Euangelij noui colūnæ? Num pro miſeris interceſsêre? num ſalutaria componendæ atq; tranquillandæ Reipubl. inuenêre conſilia?

Planè quod incendiarij ſolent, flagrante aut templo, aut Capitolio. Omnes enim Principes & verbis & libellis ad trucidandos agricolas inſtigabant.

Sanè Lutherus, quos diſertis verbis hoc in bellum parricidale inflāmârat, *Quid Lutherus tempore Laniei*

cælo expectantes Adamitas. Illud tamen intactum præterire nō possum, ex fide dignis me audijsse. tam efficacem fuisse Sathanæ in Anabaptistas imposturam, vt simulato quasi miraculo, dū sese illi Fanaticæ factioni deuouerent, sacra vt possent legere, quòd anteà neq; norant, neq; didicerant. Sed si ab istis resipiscāt etiā reuulsi præstigijs, vnà cū animi pœnitentia perit & legendi sciētia. Equidem istud diu pro fabuloso habui, donec apud Harlemen, vir Catholicus N. minimè ignotus narrabatur, suam vxorem, vbi vi ad cubiculum perrupisset (in quo expanso capillitio inter fratres sedebat Anabaptismū susceptura) vi extraxisse legentem nescio quæ ipsorū mysteria: quam domi cùm moneret, vt aliquid legeret, illa sese ne literas quidem amplius nouisse respondit. Simile & Louanij de iuuencula quadā ab Anabaptismo resipiscente iam pridem me frequenter audijsse recolo.

*Quàm sit efficax Sathan in Anabaptistis suis: qui donec in errore perseuerant, legere norunt.*

Istiusmodi aliquot miraculis nouo isto

iſto Euangelio dignis Prophetæ iſti orbi voluere illudere: atq; vtinam licuiſſet riſu & ſannis illorum impoſturam eludere. Verùm quantam corporum, vt animorum hîc taceamus, iacturam irrecuperabilem iuxtà atque incomparabilem Lutherus cum ſuis coniuratis attulerit Germaniæ, nunc tempus eſt vt commemoremus.

*CAP. III. De calamitatibus Germaniæ per Lutherum inuectis.*

DVB. Verebar equidem ne poſt verbi Dei deprauationes, atq; fidei in Chriſtum corruptelas, ſilentio præterires illas memorabiles calamitates, quas initio naſcentis ſui Euangelij Lutherus cū ſuis attulit. Age igitur dudum promiſſa nunc præſta.

*An. 20. Lutherus falſam prædicando Euangelij libertatem ruſticos in ſeditionē concitauit. Tuba Lutheri ad ſe-*

CON. Poſteáquā Lutherus ann. 20. libellum edidiſſet, cui titulū fecit, Prę ludium Captiuitatis Babylonicæ, plurimos ſua doctrina ad rebellionē concitare cœpit. Docebat enim, Chriſtianis nullam legem, ſiue ab hominibus, ſiue ab angelis vllo iure imponi poſſe, niſi quantum ipſi velint. Liberi enim ſu-

*ditionem ex Capt. Babylo.* mus, inquit, ab omnibus. Rursus nullum hominũ habere ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu, quicqd aliter fiat, tyrannico spiritu fieri. Imò nullam, ait ibidem, esse remedij spem, nisi reuocato (inquit) libertatis Euangelio, extinctis semel omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus. Ad primum libellorum Lu-

*Lut. regnũ affectat, Anabaptistæ captãt, Caluinus possidet. An. 21. Edicto Vuormatien.* theri gustum Erasmus rectè diuinabat, Rem in seditionem exituram: cuius teste, vti ait, faciebat Capitonẽ, epist. ad F Fr. Inf. Germa. Prudentissimè igitur Carolus Aug. Comitijs Vvormatiẽsib. vnà cũ Statibus om̃ibus Imperij anno mox consequuto pronunciauit, libros Lutheri magnæ seditiõis atq; Schismatis in Ecclesia Dei esse fomites.

*Seditiosum Lutherum pronunciat Cæsar. cum Statibus Imperij.* Obedientiam enim & regimen omne tollere, vnde populi ad defectionem & rebellionẽ à suis tam spiritualibus, quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia cum

manifesto Reipubl. Christianæ discrimine prouocentur.

Et quidem seditiosum suum istum spiritum Lutherus apertissimè prodidit in ipso Imperatoris, atq; Statuum Imperij consessu Vvormatiæ, cùm illam Christi vocem, Non veni pacem mittere, sed gladium, detorquens, omnium sibi inquiebat iucundissimam faciem videri, ob verbum Dei studia & dissensiones fieri. *Ingeniū Lutheri seditiosum.*

Mox quod anteà Lutherus iactitarat obscuriùs, Euangelij indolem esse bella & seditiones mouere, sub bellum Rusticũ apertè verbis & scriptis pfitebatur. Inter Christianos nullũ esse magistratum, siue superioritatem: Rursus Deum orandum esse, ait lib. cõtra edicta Cæsaris, ne rustici Principibus obedientiam præbeant, vel in militiã eant, vel dent aliquid contra Turcas: quòd Turca decies probior prudẽtiorq; sit, quàm nostri Principes. Ideo nihil prosperitatis expectandum à nostris: nec- *Anno 22.* *Seditiosa Lutheri scripta.* *Lib. 2. de secular. potestate.*

quicquam

quicquam esse contribuendum contra Turcas. Imò libro de bello contra Turcas ait, Non licere Christianis bellare, sed vim & iniurias pati debere. Rursus in Assertion. artic. 34. Præliari aduersus Turcas, dicit esse repugnare voluntati Dei, visitanti iniquitates nostras.

*Epist. ad fr. infer. Ger.* *O sanguinarias Lutheri & Zwinglij uoces.* Quid? quod Erasmus commemorat Lutherum scripsisse, eam esse peculiarẽ Euãgelij naturam, mouere seditiones, Celebratumq; fuisse Zvvinglij dictum, Euangelium vult sanguinem.

Ex hac Lutheri doctrina tam seditiosa atq; sanguinaria, libellis & concionibus in vulgus cõtra Clerũ & Principes sparsis, mox sensit Germania qualém nam sua in viscera admisisset, ac *Vipera uerè Euãgelica Luther.* æquo diutius fouisset viperam sanè Euangelicam, suæq; aduersus edictum Cæsareum, Statuumq; omnium Vvormatiæ in Comitijs ante biennium frustrà promulgatum inobediẽtiæ pœnas dedit: quas & in hanc vsq; horam luit

miser-

miſerrimè, quas pij in Turcicam tandem barbariem veráq; Babylonicam captiuitatem abituras haud immeritò verentur.

Eo enim edicto etſi palam ex iudicio & aſſenſu Electorum, Principum, omnium Ordinum & Statuum Imperij ſententiam Romani Pontificis & condemnationem exequendam fuerit declaratum, Lutherum ab ipſis haberi vt membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, vt obſtinatum, ſchiſmaticum, & Notorium hæreticum, atq; talem ab omnibus habendum decretum & mãdatum: tamen cum noui ſui Euangeliſtæ Germanorum plurimi dulcia in ſpeciem potitaſſent venena, illum licèt ab Eccleſiæ Iudicibus, Academijs & Imperij Ordinibus omnibus damnatum Hæreticum, pro DEI Apoſtolo, adeoque CHRISTI Euangeliſta colere atq; ſuſpicere pergebant.

*Germaniæ cæcitas ut manifeſtum hæreticũ ac ſeditioſum pro Apoſtolo & Euangeliſta ſuſceperit.*

Verùm nõ defuit vigilans illa ſuper Dei domum virga Prophetica. Statim

*1. Plaga. Bellum Ruſticũ, muta*

enim illa Saxonia cum vicinis prouincijs Euangelicis mutatæ ſuæ fidei Apoſtolicæ acerbiſsimas luit pænas. Cùm enim Ruſtici paſsim per Svveuiam, Alſatiam, Thuringiam & Franconiam in ſeditionem Lutheri voce ceu Alectûs cornu acti, quos ceu Bellona quædam Muntzerus, Carolſtadius, Hetzerus alijq́; aliquot in rebellionẽ excitarant, non modò vti illi ſuaſerant, Monaſteria & tẽpla inuaſerũt, expilarũt, euerterunt: ſed & Nobiliũ caſtra & arces diripuerunt, incenderunt, deſtruxerunt.

*Religionis luit pœnas Saxonia & vicinia.*

*An. 25.*

Tantus autem monaſteriorum atq; caſtrorum per illos vexatorũ fuit numerus, vt per ſolam Franconiam ſuam ad trecenta numerarit Cl. V. Conradus Vvimpingha. Eraſ. Alberus arces Franconiæ ad 180. numerat oppugnatas.

*Lib. contra Zwingliũ.*

Cæterùm neque corporibus parcebant latrones illi, adeò vt inter nobiles iſtoc Euangelicorum latrocinio trucidatos numerentur Comites aliquot,

Illu-

Illuſtres plurimi. Alberus ſcribit Comitem Helffenſteinum in lanceas fuiſſe adactum.

*Alber.* Jagten ſie durch die ſpieſſe.

Iactabat enim Muntzerus, ait Melanchthon commentario ad Coloſſenſes, diuina vocę mandatum ſeſe accepiſſe, vt bellum inferret Principibus. Talem verò conſpirationem vbi ſuo tandem malo exuſcitati ſentirēt, Principes viri, non Eccleſiaſticos modò, quibus illam calamitatem non pauci gratulabantur (tantum erat Cleri odium) ſed ſeſe, ſuaq́; omnia petere, prudenti admodum conſilio Epimethei, Equites, quos Svveuici vocāt fœderis, hinc illis obijcere, inuadere, diſsipare, diſpergere, in Danubium detrudere, altiſsima de rupe depreſſos demergere, trucidare: Illinc dux Lotharingiæ Anthonius valido exercitu Ruſticorum cuneos ſubita irruptione diſturbare, ſternere, necare.

*Principes Ger. à Ruſticis & ipſi inuaſi ex pergiſcūtur*

Hoc in tumultu Ruſticorum Germanorū cladē varij variè narrāt, Gen-

*Quotnam perierint*

*bello rustico* nepæus centum millia commemorat,
100000. Cochlæus certis ex literis supputat ad
103000. centũ triginta millia. In vita verò Cle-
105000. mentis scribitur occisa ad centũ quin-
*Vni Luthe-* quaginta millia. O bellum sanguina-
*ro illam debet Germania cladem* riũ. O Germaniam, omnium hactenus
*tot suorum* orbis nationum victricem, suo nunc
*filiorum pa-* Euangelicorũ intestino dissidio cruẽ-
*ricidalii cæde trucidatorum.* tatam, parricidali sanguine defœdatã,
suis denique filiorum manibus semi-
enecatam.

O Euangelicum Lutheri spiritum, qui istam suæ patriæ intulit cladem. Istam inauditam post Germanorum memoriam Domesticam calamitatẽ, ad quam memorabilis illa ne Iuliani quidem componenda est, cui obsecro alteri acceptam referat, quam vni Martino suo Luthero pseudoapostolo?

*Lutherus Rusticos & Nobiles armat in Ecclesiasticos.* Hic enim initiò Rusticos cõtra Dominos tam Ecclesiasticos, quàm Principes armauit. Mox & Nobiles contra Ecclesiasticos scriptis & venenatę linguæ flagello concitauit.

Deinde

Deinde vbi Rusticos vidit præter Ecclesiasticorũ bona etiã Nobiliũ inuadere, castra diripere, incendere, euertere, ac quod omnium fuit illi primum, aliter euenire quàm non solum sperarat, sed disertè etiam prophetarat, nimirum de Rusticorum contra Principes Victoria, illum detorquens Psalmi versiculũ, Effusus est super Principes contemptus, hos in illos miserrimè trucidandos alijs nouis scriptis sanguinarijs, imo parricidalibus inflãmauit. Cõuersa itaq; nauigij pro fortunæ successu prora, iam seditiosos illos Lutherus nolebat suos agnoscere: sed illi hũc nihilominus iactitabãt atq; adeò cõuincebãt crudelissimæ huius seditionis authorẽ. Quod illi exprobrans Eras. Tu quidẽ libello, inquit, in agricolas sæuissimo suspicionẽ abs te depulisti: Nec tamen efficis, quò minus credant homines, per tuos libellos præsertim Germanicè scriptos in oleatos & rasos, in Monachos, in Episcopos, ꝓ libertate Euã-

*Lutherus Rusticos in Nobiles concitat.*

*Victoriam Rusticus contra Nobiles prophetat Lutherus.*

*Principes in Rusticos trucidandos inflammat Lutherus.*

*In Hyperasp.*

gelica cōtra Tyrannidem humanā hisce tumultibus fuisse datam occasionē.

Cæterùm quò magis perspecta isthæc Euangelicorū calamitas tuū promoueat, mi Dubitanti, animū, paucis quæso accipias belli istius plusquā Catilinarij calamitates catalogo cōprehensas. KL. Ianuar. rustici suo Abbati Kampid. rebelles mox Algoïcī Episco. Augustano & Vlmēsib. vicini ad 4000 confluxerunt, deinde 5. Martij iuxta VValtyee tanto concurrebāt numero, vt eodem Mense confectis octo cuneis oppida plurima, pagosq; occuparint.

*Catalogus calamitosissimi belli Rustici.*

*An. 1525. Ianuarius. Martius.*

Ad Leypheim Vlmesinum à liga Svveuica trucidati ad 4700. aut in Danubium præcipiti de rupe depressi. In vicinia mactati 1500.

*April.*

Decima octaua Aprilis Rustici suum Comitem de Helffenstein cum 13. Nobilibus crudeliter interfecēre in VVinsperg. quem in lanceas adactum illos trucidasse narrat Alberus.

Rheti quoq; suum Comitem Lodo-

vvicum

vvicum vnà cum oppido Oetinghen capiunt atq; monaſterium deripiunt.

Caſimirus Marchio adhæc occídit 2500.

Apud Elvvanghen occupatam cum 2. arcibus occiſi 500.

In VVirtenbergen. Ducatu occiſi 6465.

In VVinſperg. 400.

Dux Lotharingiæ Anthonius per Alſatiam intra triduum occidit 26600 alij ſcribunt 30000.

Menſe Maio per Turingiã Thomas Muntzerus occiſis Fuldæ 1100. captus eſt in fuga iuxta Iſenacum trucidatis ſuis coniuratis 6000. ſed reſip ſcens confeſſus atq; Catholicæ Chriſti Eccleſiæ reconcilatus decollatur. *Maius.*

Per Franconiam vbi tam arces Nobilium, quàm monaſteria diripuiſſent atq; exuſsiſſent ad 300. paſsim cæſi ſunt 11600.

Caſimiro captiui remiſsi ex Herbipoli 1484. Palatinus internecione de-

hendisse non adorantem crucem Christi, sed in PaphiæDeæ mysterijs operantem. Vti Eras. testatur epist. ad FFr. inf. Ger.

Farellum quoq; (nisi ipsus ille sit in Lupanari tam sacro tēpore deprehēsus à satellitibus) quum ab ipso seditionem metuerēt, quippe qui sic in mōte Pellicardi (ait Erasmus vbi sacrā rem gesserat, seditiosus, acidæ linguæ & vanissimus, vt bis inde profugerit) cupientes Basilæam à seditione tutam, exulatum ire iusserunt.

Sed quid intereà, inquias, Lutherus? quid alij Euangelij noui colūnæ? Num pro miseris intercessêre? num salutaria componendæ atq; tranquillandæ Reipubl. inuenêre consilia?

Planè quod incendiarij solent, flagrante aut templo, aut Capitolio. Omnes enim Principes & verbis & libellis ad trucidandos agricolas instigabant.

Sanè Lutherus, quos disertis verbis hoc in bellum parricidale inflāmârat, *Quid Lutherus tempore Lanices*

*na Rusticorum d se ad Bellum Parricidale excitatorum.*

*O uocē Luth. Barraba dignissimū libello contra cohortes Rusticorū.*

*Cuculla abiecta Lutherus monialē ducit uxorē Ann. 25.*

vbi contra ſuam Prophetiam de Ruſticorum aduerſus Principes victoria, rē euenire cerneret, nunc cum rei mutatione & ipſe ſuo mendaciorum Patri fidelis Propheta ſuam mutabat orationem, eos gladio atque inferno per varios libellos deuouens: tempus nunc eſſe, quo Principes ſibi cœlum mereantur faciliùs ſanguinem fundēdo, quàm orando. Adeò vero cum Ieremia populi DEI non deplorabat interitum ſe authore concitatum, vt flagrante iſthoc Germaniæ incendio excucullatus iam nouus ſponſus nouis deditus nuptijs, ſuam ſuauiabat monachus monacham Catherinam, ſaltabat, potitabat, ſtrenuè cuticulam curabat, ventris & inguinis mancipium.

*Quid Euangelici cōcionatores ſpirī conceperint de occupādа Repub per Ruſticanū bellum.*

Quid alij Euangelij columnæ tunc ſpectarint, vnus haud poſtremus ſuo declarabat nutu. Cùm Eraſmus ea tempeſtate cuidam ex præcipuis diceret, ſe Ruſticis metuere miſerum exitum, tantùm arriſit ille, indicans

ſe

se sperare meliora. Porrò Euangelici alij Ecclesiastæ omnes cùm nunquam non sæuirent in vitam Ecclesiasticorum, iam in Rusticos tumultuantes, ciuesque applaudentes penè erant elingues. Imò non tam aduersus eos muti, quàm linguis, animisque fabulæ illi motoriæ fauentes, ac tantùm non manibus ac pedibus adiuuantes. Quapropter quædam Ciuitates suos Ecclesiastas exulatum ire iusserunt, seditionis quam metuebant, si non auctores, certè fautores atque competitores.

CAP. IIII.

*Ira dei in Germanos propter Religionis ueræ mutationē, ac deprauationē.*

Cæterùm terribilem istam Agricolarum lanienam fuisse manifestam irati Dei plagam, ea quæ sunt consecuta liquidò demonstrent. Non enim copioso isto tot suorum supra millia cētum triginta aut quinquaginta ciuium sanguine Germania violatæ Fidei Christianæ scelus potuit expiare: sed lōgè acerbiora Deus opt. ad eam in suū verū Euangeliū reuocandam immisit flagella:

Posteaquã verò terribili illo trecentorum milium Turcarum exercitu iterum Viennam obsidente Deus Opt. nõ Germaniam solam, sed Europam etiam totam exterruisset, atq; ad resipiscentiã clementer inuitasset, ostendens q̃ facilè, si voluisset illi donare victoriã, perfidiam Germanorum puniuisset, mox fames septennis Germaniam inuasit: quã e uestigiò alia manus Domini plaga truculentissima insequebatur. Subitanea enim illa pestilitatis species, quam Sudorem appellitabant Anglicum, vti ignota, ita sanè horribilis, quàm innumera absumpsit per Germaniam millia. Nam cùm Lutheri per Germaniam in Oceanum vsq; proserperet contagiũ, en tibi mox adfuit alia illa apud Prophetam vigilans virga, quæ plurimos ad sobrietatem rectumq; animi iudicium, delitijs carnisq; voluptatibus aurei illius sæculi ætate deprauatum, de pernitiosa illa Saxonica peste admoneret atque reuocaret. Exortus est enim

*3. Plaga. An. 1529 Terribilis Viennæ obsessio.*

*Fames septem annorũ per Germaniam Chron. Nurēb.*

*4 Plaga Sudor Anglicus.*

*Aurea ætas ante Lutheri toxicum.*

sub

ristiæ vtebatur, q̃ solet anno illo solennis Communionis Paschalis. Quantũ verò hominum per Belgiũ solum illa acerbissima diuinæ manus plaga perierit, vel vna in hunc vsq; diem annua supplicatione cõmemorat AntWerpia, vbi die sancti Michaëlis Clero publicis precib. Deo op. supplicante, prorsus inopinatè atq; subitò sistente plaga grauiss. auersa fuit ira furoris Domini illic vehementissimè effusa.

Nunc vt captas à Turcis Fidei hosti- *5 Plaga Asiæ plaga Christianorum post Lutheri abominationes in orbem effusas.*
bus infestiss. silentio obruamus Albam
Regiam an. 20. Rhodũ illam nobilissi-
mam insulam an. 22. occisum Vngariæ
Regem cum felici illa Vngaria an. 26.
Romam etiam an. 27. captam, vti & in-
recuperabilem per Zelandiam & Hol- 20
landiam inundationem, quæ anno 30. 22.
tot hominum millia cum aliquot insu- 26.
lis, Cortenum, aliaq; oppidula non pau 27. 30.
ca deuorauit, pagosque plurimos. Co- *Bellum ciuile Heluetiorum.*
gita mi Dubitanti, quot hominum mil-
lia internecione deleuit illa seditio *An. 31.*

Hel-

Conflictus Cantonum Heluetioru 7. die Septe. Chronic. German.

Heluetiorum anno 31. à Zvvinglio excitata, in qua cum istius Euangelici belli authore Zvvinglio præter ciues plurimos Tigurinos, etiam sexdecim Prædicantes, siue Pastores periêre.

6. Plaga. Bella Gallorum & Belgarum.

Porrò reliquas iræ furoris Domini hîc commemorare plagas, ob Lutheri corruptelas populo Dei inflictas, longiùs foret, quàm vt sermoni nostro conueniat, potissimùm cùm tibi nota sint bella, non tam à Turcis per Austriam, Galliam atq; Corsicam, quàm Francis & Belgis mutuo sanguine multa per lustra in annum vsq; 49. & deinde ab anno 52. in annum vsq; 59. protracta, quibus quídnam aliud obsecro tam eximiè est confectum, quàm quod animis

Belli Gallici tempore pestis hæreseon maximè serpsit, dum Reges toti bello inuigilarunt.

Principum vtrinq; bello acriter cum fratribus gerendo intentis contagium illud Lutheranæ, imò verius Zvvinglianæ, adeoq; Anabaptisticæ pestis populi pectora passim incrediibiliter infecti fuerit depasta? Dum enim omnis consiliorum suorum prudentia contra pub-

licos

licos Reipublic. hostes tota inuigilat, malum illud intestinum iamdudum sparsum dum nimis in populi visceribus optato belli ocio alitur atq; fouetur, magno Reipul. periculo adolescit. Quod vti nunc per biennium Gallia quondam florétissima, iam suo miserrima experitur malo, & Valentianæ quid Euangelici moliantur, si rerũ potirentur, suo docuêre facto: ita pij rerumque communium haud imperiti alijs quoque verentur, ni prudentissimo, vigilantiorique occurratur consilio.

*An non illud tota nunc miserrima deplorat Belgica.*

Illud verò bellum, quod vocãt Smalcaldicum, quorsum hîc recensere fuerit necessarium, quod à Luthero malè persuasi in Cæsarem Carolum V. susce pêre quidam infeliciter, licèt ijs essent instructi armis & copijs, quibus initiò Cæsar longè impar futurus videbatur, nisi Deo ꝑtectore & adiutore munitus fuisset. Pollicebatur Lutherus certam victoriam, sed rei euentus Pseudopro-

*7. Plaga. Bellum Germanicum. An. 47.*

phetæ illius coarguit vanitatem.

8. Plaga. Fames inaudita per Belgium. An. 57. Nuperam illam acerbissimam dirissimæ famis plagam hîc prætereo, quæ Belgium ac Germaniam Secūdam tantum non enecauit, plurimis fame intereuntibus, plurimis ventrem famelicum fabis, panéq; paniceo, glandibus, adeóque siliquis saturare cupientibus.

9. plaga. Bellum Gallicum. An 56. Ann. 60. Porrò bellum illud Italicum, quod sub Paulo 4. adeò Romam afflixit, cum sequuta mox illa Tiberina exundatione: Rursus hodiernos Galliæ tumultuantis motus quid opus est commemorare, quos pij omnes collachrymantibus intuemur oculis? Certè quorsum

Quidnam spectent Euangelici. ista Euangelicorum spectet Tragœdia, vel vnum illud loquatur, quod nuper priuilegio Regio est inuulgatum, puta nefandissimum Geneuæ initum fuisse consilium, de Rege Francisco 2. Regina vxore, Regina matre & eius liberis,

Defensio Regis & Relig. fol. 16. Procerib. bonis magistratibus ad certam diem commodo loco per insidias trucidandis. Cuius crudelissimæ conspi-

ſpirationis author defenſionis primæ, Bezam profitetur principem, Caluinū authorem, Othomanum ſubſignatorem, Spifamium ſuaſorem, omnes denique Galliæ prædones & laniſtas fuiſſe conſcios. Deinde quidnam ſit expectandum ciuitatibus, licèt opulentiſsimis, vna loquitur Rothomagus tam exhauſta, quàm bello vexata, euerſa, perdita.

Quid Lugdunū vrbem referam tam afflictam, tam egenam, tam miſerabilē? vt dudum opulentiſsima & pecunioſiſſima, nunc ſcribatur tam paupercula, quaſi nunq̄ ibi fuerit pecunia? *Lugdunum*

Quid denique Aurelias tam exhauſtas, ac nunc ſuo à Rege mœnibus priuatas? *Aureliæ.*

Quid Turones tam expilatos, tam ſubrutos, ac ſacris illis theſauris expoliatos? vnde ſcribunt, Bezam cum ſuis manipularibus argenti marcas 2000. auri veri 1000. ſuffuratum, præter gemmas ac monilia, ornamentaq; eximia, *Turones.* *Claudius. Sanctius.*

10. Plaga. Bellum Liuonicum. An. 58.

tanto prædandi furore, vt nec ferrum, nec clauim fecerit reliquum.

Porrò ne quid ambigant Germani aut Galli, quin plagæ dudum commemoratæ certiſsima ſint Dei Opt. Max. iuſtiſsimè iratiſsimi flagella, vnum dictis addam, quod in primis ad rē præſentem illuſtrandam faciat.

Liuonia Chriſtianæ ſuæ pietatis atq; auitæ Religionis per Lutheraniſmi ſoporem oblita, quáſnam dederit ann. 58. pœnas, notiſsimum eſt. Pacta quidem violarat cum Moſcouitarum Principe pridem inita, aliaq́; iuſtis offenſionibꝰ digniſsima deſignarat: ſed primaria tãtæ calamitatis cauſa, fuit Catholicæ Religionis deprauatio atque Apoſtaſia, quemadmodum & ipſe Moſchorũ Imperator Baſilius literis ad Ferdinandũ Imp. anno 60. datis minimè diſsimulat. Diſertis enim verbis declarat, proptereà ſeſe illis iuſtiſsimum bellum intuliſſe, quòd iuramentum Chriſtianũ neglexiſſent, templa contumelijs affeciſ-

Calamitatis Liuonicæ cauſa eſt defectio à fide Catholicæ Eccleſiæ.

„ ciſſent, ea in latrinas conuertentes, i- *Ex literis*
„ magines Chriſti Domini, Deiparæ, *Moſſchi*
„ Apoſtolorum & Martyrum partim *Imperatoris.*
„ exuſsiſſent, partim in loca abiectiſsima reieciſſent. Propter hæc aliaq́ue in Deum Opt. & Catholicã eius Religionem abiectam ſcelera & ſacrilegia, q̃ Tragicam, vereq́; Turcicam ſint perpeſſi ciues Torpatenſes, ac vicini calamitatem, ex libellis ab oculato teſte D. Philippo Olmeno per Tilmannum Bredenbachium dudum ſcriptis notius opinor, quàm vt hîc repetendum ſit fuſiùs.

Quid enim illi Torpatenſi nobiliſſ. prouinciæ poſt famem, peſtem, bellaq́; inteſtina, quibus ad reſipiſcentiam redinuitarat Pater cœleſtis benigniſſ. ſuperrerat cladis funeſtæ, prçterquam extrema calamitas, qua partim trucidati, partim in longè miſerrimam ſunt redacti ſeruitutem?

Nunc ſuperioribus adde Gallorum *Clades Gallorum.* cladem, quam ciuile bellum Caluino *An. 62.*

*Vide consi- liũ ad Galliã desolatam.* dictatore cócitatum, à Beza Centurione gestum attulit, q́ æstate illa an. 62. supra 50. absumpsit Gallorum millia, hyeme verò ad D. Thomæ supra 30. deuorauit millia: cùm Princeps Códęus fuit quoq; cóprehensus, & posteà Hæros ille Guisianus proditione trucidatus, & Vendomius ictu bombardæ perditus.

*Pestis.* Iam pestē illam cogita, q́ vti an. superiore Londini 40000. absumpsit, & hoc

*An. 63.* *An. 64.* an. 64. Dantisci non pauciores: hanc Lugduni ita grassari aiunt, vt in solitudinē propè videatur redactũ. Quis verò tandē sit pestilitatis istius passim p̱ Gallias, passim p̱ Germanias tam atrociter

*Terræmotus horribilis à . o. . ul. usq; ad sextam Aug.* grassantis finis aut modus, Deus opt. nouit, qui nos tandem respicere digne- tur benignus. Porrò quidnã ille terræmotus p̱ Sabaudiam iuxta Nizam præsagiat, qui 6. aut 7. absumpsit oppidula, quisq; secum prudenter reputet.

CAP. V. *Turcica captiuitatis acuum per E.* Has atrocissimas Dei opt. max. plagas in Germaniam, Galliamq́; post abominanda illhæc impurissimi Lutheri

&

&aliorum pseudoapostolorum, fideiq; Apostatarũ ac proditorum contagia effusas, vbi mecum tacitus reputo, non aliud per Lutherum re vera effectum videre mihi videor, q̃ captiuitatẽ verè Babylonicam, imò Turcicã esse pijs inductã. Si animo lachrymabilem sanè Christiani populi faciem contempleris per Germanias & Gallias, potissimùm verò per Scotiam & Angliam, ecquid obsecro à Turcis impendeat atrocius, funestius, exitialius, quàm per istos noui Euangelij propolas passim nunc videmus designatum? quid enim non contra sacratas Deo Virgines, contra Dei Sacerdotes, contra sacra denique omnia, ipsumque adeò contra SS. Christi Domini corpus sunt commoliti Euangelici? quos in Gallia liquet sacra ignibus absumpsisse, imò in cineres Sanctorum sæuijsse: S. Eucharistiam canibus obiecisse, pedibus conculcasse, in cloacas proiecisse, atq; ne quod deesset ludibrij genus, de arbore suspensa

*uangelicos Germaniæ inductam.*

*Euangelici atrocius sæuiunt in Sacra, quam Turcæ.*

bombardis ac ſclopetis quaſi ſcopũ petijſſe. In Scotia monaſteria vnà cum ſacris omnibus funditus euertiſſe.

Quòd ſi Geneuã cogites, planè videas in Dei templũ illam à Daniele prędictam abominationem deſolationis loco Chriſtianæ Religionis inuectam. Nullum enim illic vel Chriſtianiſmi appareat veſtigiolũ. Nulla enim imago, nulla Chriſti crux, nullũ altare, nullum Chriſti ſacrificiũ. Lutherani enim aliquam ſaltẽ Religionis veteris obtinent ſpeciẽ, vti quod recitant Kyrie eleiſon, Sanctus, & Agnus Dei, noſtroque ritu veſtiti Miſſam quandam peragunt. Verùm in hoc coueniunt Euangelici, ꝙ illud ſuis è templis eiecêre, quod Chriſtianorum eſt proprium.

DVB. Annon Chriſtianum obtinent nomen? an non Chriſti prædicãt Euangelium?

CON. Iſta quidem in ſpeciem obtinent, ſed non vera, neq; ſalutaria, quia non integra, aut incorrupta; tum verò maxi-

*Quod Chriſtianorum eſt propriũ*

maximè, quòd vnam illam Christi familiam reliquerint, extra quam salus nulli constare queat. Cæterùm quod Christianæ Religionis est propriũ, omnes isti Euãgelici suo Antichristo præcursores iam dudum abolere cœperũt, quod ille summo nisu tollere connitetur. Nam homo ille peccati ad omnem abominationem perpetrãdam factus, ꝓpriè illud semel abolere studebit, qđ Christi Domini est proprium. Hoc autem est sacrosanctũ illud, venerandũ, atq; vel Angelis tremẽdum sacrificiũ, à Christo Do. Christianæ suæ Ecclesiæ in perpetuum incomparabilis in ipsam charitatis relictum mnemosynon.

*Euangelici omnes abolent, suo Antichristo præcursores, id est, Missæ sacrificium.*

Quod igitur Antichristus effero, rabidoq; pessundare, abolere, perdere annitetur studio, idipsum nũc (ô tempora, ô mores ô pectora cæca,) Euangelici isti, si inferis placet, Euangelij prętextu iam pridem templis non paucis sanè, neque obscuris eiecerunt, exibilarunt, conculcarunt, aboleuerunt.

ſiũ plurimorũ feriæ propter ſanguinarias Caluiniſtarum ſeditiones indictæ?

Talia cum per Germanias, Galliáſue nõ paucis locis ex Lutheri, Caluini, Bezæ, aliorumq́; Euangelicorum doctrina fiant, an non viuã quandã captiuitatis Turcicæ imaginẽ tibi plurimis videre videris impoſitam? An aliud agãt hoſtes illi Chriſtiano nomini infeſtiſsimi, rerum aliquando (quod Deus Opt. ſemper auertat propitius) potiti, quàm quod per iſtos Euangelij hoſtes Euãgelicos fauſtiſsimo vident inchoatum prætudio? *Turcicæ captiuitatis per Euangelicos inducta hypotyposis.*

Chriſti crucem Cõſtantinopoli anno 1453. ludibrijs infandis vexabãt Turcæ: Euangelici noſtri templis eiectam alicubi ceu captiuã recludũt, alij proculcant, lacerant, illudũt: Angli quoq; atque Nortmanni in Gallia exurunt. An non Chriſto Domino de cruce pẽdenti vtrinq; ex brachio vnum ſuſpenderunt ſacerdotem Caluiniſtæ? Sacratas Deo virgines Turcæ quidẽ violant *In Christi imagines atrocius sæuiunt Caluinistæ quàm Mahumetistæ.* *Vide fabritium.*

quàm

quàm possunt plurimas, etsi ad suas partes pertrahere nequeunt, affligũt plusquã captiuas; ita vt Cœnobia per Svveuiam videre sit in carceres immanissimos esse commutata, vbi nec salutator, nec cõsolator admittitur vllus, nisi aliena fallat specie. Quod si suam ad perfidiam pelliciunt, aut tandem pertrahunt perpetuò incestandas, Christo deuotas nefario polluunt adulterio, quod Euangelicum dicunt matrimonium.

*In sacras Deo Virgines immaniùs furiunt Euangelici, quã Turcæ.*

Cæterùm quantum iuris apud Turcas inueniat Archimandrita, suis de violatis ædibus conquestus, aut fundis ereptis, quod tamen non fiat illic impunè; tantundem & per Germaniam; maximè si Cameræ Imperialis iudicio res veniat decidenda. Leges enim priscæ Imperatorũ, in quas Iudices illi iurare solent, nunc ferè videntur esse sublatæ, nouæ introductæ, ac si verum dicere fas est, per vim extortæ. Immò iudicia omnia Germaniæ quidam Euangelicò-

*Brunus de hæreti. lib. 2*

gelicorum conabantur mutare, aliaq; suo pro nouo spiritu constituere: cuius rei libellos fuisse repertos fide dignissimi affirmant.

CAP. VI.

*Author et causa omnium calamitatum nostrarũ Lutherus.*

Sed vt tandem tragicarum istarũ calamitatum aliquis sit modus, nunc de illarum authore, cùm alij ab alijs culpentur, quærendum. Certè Ioachimus Camerarius Lutherum causam turbarum omnium, quibus Germania tãtoperè affligitur, proclamare ausus est, vti ait Stoltzius, culpamque omnium ærumnarum, quibus adhuc conflictatur Respub. transfert in Lutheri contentiones. Huic suffragatur & Galliæ lugubris ista sors lõgè miserrima, quæ vti Germania, & ipsa nouũ, sed alterius Pseudoapostoli sequuta Euangelium, non potest non profiteri sese hasce perniciosas ærũnas suo vni Caluino, eiusq; discipulis Gallis Bezæ, Othomanno, Spifamio, acceptas ferre debere.

*In Somnio Lutheri. et in defensione.*

DVB. Annon igitur verè Lutherum similes ob causas quidam audent dicere

*Lutherus an Antechristus.* re Antichristum fuisse? Hoc enim ex prophetia Apocalypseos videntur sibi pulchrè demonstrare. Nam nomine Lutheri, numerum illic designatum aiunt accommodatè exprimi: sed mihi non satis notum est, qua Arithmetica.

CON. Vt hæretici omnes Apostolis & erant & vocabantur Antichristi: ita hæresiarchas in primis non immeritò dixeris ex Apostolorum more Antichristos. Certè vt Lutherus falsò & Sigismundum Augustum, teste Carolo V. & Ro. Pontificem per conuitiū dictitabat Antichristum: Ita verissimè in eum id nominis quadrat, sed generaliter. Illud sanè admirandum sommoperè, quòd nomen huius pseudomonachi adęquatè illum numerum bestiæ à Spiritu Dei in Apocalypsi depictæ designatum exprimit. D. enim Ioannes Apostolus Apoc. cap. 12. in Spiritu D E I prędicēs res olim in C H R I S T I regno, quod est Catholica D E I Eccle-

*Edicto Vuormat. An. 21.*

CAP. VII.

*Numerum bestiæ Apocalypticæ in Lutheri*

Ecclesia, euenturas, describit bestiam *nomine con*
bicornem, cuius numerū ait esse *666.* *tineri.*
quem quia docti quidam accuratè, in
nostrì seculi Hæresiarchā obseruarunt
quadrare, non grauabor & hîc obiter
tibi commemorare. Si enim in vocibus
MARTIN LAVTER numerum literis
significatum supputes, agnosces ijs numerum à D. Ioanne expressum contineri. Sic autem non Arithmeticè, sed
Pythagoricè opinantur literas supputandas vt A. sit. 1. B. 2. C. 3. &cæt.
K. 10. L. 20. M. 30. &c. T. 100. V.
200. &cæt. vt sicuti apud Hebræos &
Græcos per Alphabetum crescat numerus primò monadum, mox decadū,
dein centuriarum. Tu igitur calculum
subducito, ego bestiæ nomē quod initio vsurpauit (Nam aliquādo Lutter, *Ludder uel*
aliàs Luther, aliàs Lauter sese scripsit, *Lodder, ad uenereum*
& Ludder vel Lodder impudicitiæ vo *amorem*
cem, verum esse eius nomen ciues ho- *pertinet.*
nesti affirmant) nunc tibi ad abacum *Lauther uel Luther*
quàm potero fidelissimè reuocabo. Sic *puritatem*
igitur

*sonat, quam non nisi antonomasticôs in re praestitit Euangelica, eam uerè contaminando.*

igitur accipe harum literarum numerũ: quem si in summam colligas, liquidò surget Apocalypticæ bestiæ numerus, ab Apostolo expressus: nimirum *666*. hoc porrò quicquid est mysterij, variè varij sentiunt, cuinam sit tribuendum. Non

| | |
|---|---|
| M | 30. |
| A | 1. |
| R | 80. |
| T | 100. |
| I | 9. |
| N | 40. |
| L | 20. |
| A | 1. |
| V | 200. |
| T | 100. |
| E | 5. |
| R | 80. |

enim desunt, qui mira ingenij dexteritate Ioannem Ofhusium insignem mathematicum deprehendisse narrant. Alij plus hoc in mysterio annotarunt miraculi, quòd cùm quidam sua perfidia non ignobilis hunc Apocalypseos numerum in Rom. Pontificis cuiuspiã nomine se posse eruere speraret, vtvt ea tractaret, verteret, mutaret, non successit; nisi tandem in isto perditionis filio.

DVB. Certè Martini Lutheri nomen numero illi Prophetico aptissimè qua-

quadrat, nunquam aliud melius, aut respondebit aptiùs.
CON. Ne affirmes temerè, nimium præceps iudicas Aristarche. Aptissimè namq; illi vero Antichristo conueniet, qui rebus ipsis implebit, quod núc Lutherus & Euangelici blandis promissis, & temeraria salutis securitate quasi præludendo atq; præcurrendo præparant. Quamuis enim Lutherus varijs de causis verè Antichristi nomen effugere non potest: non tamen arbitror illa Ioannis Euangelistæ prophetiâ ipsum denotatum. Nam si eidem Ioanni Antichristus est, qui Christum venisse negat in carne, vti & nunc Menno, Seruetus, alijq; non pauci, an Lutherus negãdus Antichristus, qui Christum negat deleuisse, & aboleuisse opera diaboli? Quid enim magis Diaboli opus dicendum, quàm peccatum? Hoc ille negat per CHRISTVM tolli, solui, aboleri; quasi Diaboli vulnus & virus maius sit atq; potẽtius, quàm CHRI-

STI filij DEI medicina, curatio, sanatio? Si enim CHRISTVS in Baptiſmo peccatum verè non tollit, & abolet, ſed latens tegit, relictum non imputat: ſanè non diſſoluit opera diaboli, ad quæ ſoluenda eum veniſſe Deus Pater contra hos Diaboli martyres teſtatur. Vnde nec verè eſt CHRISTVS IESVS, quia ſuũ populum à peccatis verè non ſaluat, aut verè redimit, aut verè liberat.

CAP. VIII. Illud ſine dubio tibi affirmarim, numerũ beſtiæ Apocalypticæ multò aptiùs in Itherũ quadrare, q̃ Prophetiam Diui Ambroſij, & Auguſtini, apud Saxones vulgo iactatam.

DVB. Etiámne de Luthero ſanctiſſimi illi Patres Prophetauerunt?

*Lutherani DD. Ambroſium & Auguſt. de Lutheri aduentu prophetaſſe cõfingunt.*

CON. Sic perſuaſum habent Lutherani. Proſtat enim eius imago cum ſancti Lutheri titulo impreſſa, quæ in frontiſpitio hanc habet blaſphemiam; Diuinum atque mirabile vaticinium D. Ambroſij & Auguſtini Patrum, de ad-

„uentu

„ aduentu & tempore S. Lutheri, quo „ contra Papæ Antichristi traditiones „ à diabolo sancitas, eiusdemq́; Tyrannidem scribere cœpit, vt in literis „ numerum anni repræsentantibus huius versiculi continetur, quod omni „ apud Christi fideles admiratione & „ notatu dignum est:

*En tibi Euangelicos ad fabulas conuersos.*

TIBI CHERVBIN ET SERAPHIN INCESSABILI VOCE PROCLAMANT.

DVB. Sanè quadrat annorum numerus, 1517.

*Stultum est & sacrilegũ ex sacrorũ uerborũ numeris aut sillabis prophetiam captare.*

CON. Istud puerile est delirium, ex sententiæ alicuius literulis prophetiam captare. Quid enim facilius, quàm rei cuilibet aptum inuenire versiculum, qui annorum exprimat numerum? Sic de Martini Rossemij obsidione Louaniensi varia circumferebantur psalmorum capitula, annum obsidionis denotantia: Rursus alia aliunde, rebus multò vanioribus. Certè si quid fidei istis coniecturis habendum volunt, suppu-

*Aug. 43.*

tentillum Psal.57. versiculũ, Super cecidit ignis,& non viderunt solem; vbi & annum & mensem & diem captiui Ducis Saxoniæ exactissimè agnoscent depictum. Syllabæ versiculi dies exprimunt, sed vltima (lem) tertium mẽsem Aprilem notet, id est, ann. 1547. die 14. Aprilis. Sed quis adeò insaniat, vt Spiritum Sanctũ illic de Rossemij obsidione, aut hîc de Saxoniæ ducis captiuitate dicat prophetasse? Immane est sacrilegium, verba diuorũ Ambrosij & Augustini de Lutheri pseudoprophetæ aduentu dicere oraculum: cùm nõ magis de Luthero cogitarint Patres illi, q̃ aut de Maximiliano Augusto, aut Solymanno Turcarum Imperatore, illo ipso tempore res orbis gubernantibus.

*Lutherus an sanctus dicendus, qui sancta omnia suo impuro luto contaminauit.*

Iam quòd Sanctum faciunt Lutherum, nihil sanè alienum ab Hæreticorũ ingenio faciunt. Ita enim & alij cùm veros aboleuissent Dei Sanctos, sese, suosq; in illorum surrogarunt locũ apud suos: sed non apud Deum, nisi fortè su-

um

um Deum Diabolum, cui ſeruiunt, à quo & æterna immortalium ignium ſuis pro erroribus receperunt præmia, aut potiùs tandem accipient definita, vbi ille aduenerit finis. De omnibus enim Hæreſiarchis eſt longè veriſsimũ quod Lutherus de Arrio ex D. Auguſtino, libro de Concilijs demonſtrat, „ quotidiè ingraueſcere, inquiens, illi- „ us pœnas apud inferos, quamdiu er- „ ror ille maneat.

Quod ſi verè de Arrio vnius dogma tis authore dixit, teſte Luthero, Auguſtinus, quid eũ ſuo de iſto Auguſtiniano Apoſtata Luthero pronunciaturũ exiſtimes, non vnius aut alterius erroris reo: ſed cuius ſtudio vniuerſæ propè veterum hæreticorum hæreſes ſunt in orbem ſumma cum Chriſtiani popu li pernicie reuocatæ? vti ſuperiùs decla ratum eſt. Quibus in erroribus cùm ſit non tam mortuus, quàm ſuffocatus, quídnam ſpei eſſe queat de eius ſalute. Certè nihil amplius, quàm de Arrio, *Mors Lutheri.*

*Lib. de Cõcilijs.* Nestorio, alijsq; sua in hæresi pertinaciter mortuis. Nisi quòd de illis ambigit Lutherus, an suis in erroribus sint mortui, de Luthero aũt nullus. Quanquam enim belli illi commilitones atque combibones, qui sese morienti, atque postremum cœnanti adfuisse testantur libello in vulgo sparso Iustus Ionas, Michaël Cælius, & Iohannes Aurifaber Vinariensis aiũt, quòd post aliquot dies morbo conflictatus sese ad modum moderatè in cœna gesserit, atque tota fere nocte fatigatus morbo suauissimè citra omnem molestiam obdormierit, tamen haud temere R. P. Hosium literis prodidisse credas, Lutherum bene potum ac hilarem postridie mane in lecto repertum fuisse mortuum. Sed licet Lutherus inter Nobiles illas Illustrium Comitum & Comitissarũ, Dominorum Doctorũ, & Magistrorum Chirurgorum manus emiserit spiritum: non plus istud tamen nouato eius Pseudoeuangelio concilia-

re

re debet aut gratiæ, aut admirationis, quàm quòd Dionyſio Tyranno poſt tot ſacrilegia nauigaturo ſecundi ſpirabant venti: aut quòd Dauidi Georgij Hæreſiarchæ impijſsimo, holoſericato, purpurato, coronato, pompoſa contigerint funebria. Etſi enim pleroſq; Pſeudoprophetas Deus Opt. iuſtiſsimis pœnis hac ex vita excruciatos ad immortales æternorum ignium abripuit cruciatus: quoſdam tamen in ſpeciem honeſtè mori, honorificeque ſepeliri permiſit, quemadmodum & Luthero, vt aiunt ſui, & Dauidigeorgio quoddam ad tempus conceſſum videmus. Certè dira Zvvinglij mors, ſuorum ciuium ſanguine ac bello fratrum inteſtino cruenta, non minus eſt memorabilis, quàm aut Arrij, cui viſcera viuo euellebantur: aut Neſtorij, cui viuo linguam exedebant vermes: aut Luciani, quem viuum rabidi diſcerpsêre canes.

*Mors hæreſiarcharum, non ſemper ipſorum ſacrilegijs reſpondet hac in uita.*

*Mors Zwinglij. Arrij. Neſtorij. Luciani.*

Nunc de Oecolampadij ſubitanea

*Oecolampadij mors.* morte quid attinet cõmemorare? quẽ aiunt ad vxoris latus in lectulo depre-
1 hensum mortuum: siue sub vitæ finem desperasse, & ignitis Sathanæ telis & ha
2 stis confossum, vti Lutherus ait lib. de
3 Missa Priuat. subitò perijsse: alij suis ip-
4 sius suorúmue manibus clàm esse peremptum, animamq; effudisse scribunt: quos omnium execratione bonorum refutandos putauit Simon Grynæus in eius vita, & Tigurini sua Confessione, vanissimam illam (vti aiunt) Lutheri calumniam. Rursus de horribili aliorum exitio non est hic fusiùs narrandi locus: sicuti nec de Caluini morte, an morbo illo Herodis, id est, pediculari erosus miserrimè perierit.

*Caluini mors.*

*Osiandri mors.* Certè de Osiandro narrat Palladius, quod planè mutus vt bestia horribiliter extinctus est, Anno 25. die 17. Octobris.

CAP. X.

*Lutherus [...]issimus.* Cæterùm quò liqueat, quàm vanus fuerit propheta Lutherus, vnum illud iactatum eius oraculum prodit, quod sibi

ſibi de Romano Epiſcopo, vti narrat Bugenhagius Pomeranus, compoſuit, *Oratione funebri de Luther.*

*Peſtis eram uiuus, moriens tua mors ero, Papa.*

Cùm enim iam annos plus minus 18. ſit mortuus, adeò peſtis iſtius Lutheri morte Rom. Eccleſia non eſt euerſa, vt deficientibus turmatim ad Zvvingliana caſtra Lutheri diſcipulis, illius res ſint longè confirmatiores. Noſti enim, quantopere Chriſti Regnum in Belgio iam ſit confirmatum per 14. Epiſcopatuum inſtitutionem: qui aduerſus omnes Sathanæ inſidias, atque inferorum portas creditum Petro gregem ſua pro virili tueri, atq; ſaluare ſatagẽt, quorum opera collapſum Dauidis tabernaculum q̃ ſit erigendum, nunc per Flandriam & Zelandiam inuidia tabeſcentes vident, dolentq́ue Euangelici. Certè vel vnus Martinus Rithouius Eccleſiæ Ipren. Præpoſitus ſuo exẽplo verè Apoſtolico ſolis luce clariùs demonſtrat, ecquid Sathaniſmo iſti ſiue nouo Pſeudeuãgelio ſit breui expectandum. *Lutheri morte Saxonica Eccleſia debilitata, & Catholica confirmata.*

*Lutheri prophetia erit verissima si de Saxonia accipiatur.*

Cæterùm si suos in discipulos Lutherus suam conuertat Prophetiam, hoc modo,

*Pestis eram uiuus, moriens tua mors ero Saxo.*

Verissimè iam Balaam nouum prophetasse dixeris, maximumque istum Prophetam iusto elogio exornaris. Nulli enim ille aut pestis atrocior, aut mors acerbior fuit, quàm illis, quos à Catholicæ Ecclesiæ vnitate abstractos, in suos errores & priuatas opiniones pertraxit.

*Alia Lutheri pseudoprophetia.*

Illud etiam Pseudoprophetam Lutherũ omni meridiana luce clariùs demonstrat, quòd prophetandi spiritum sibi superbissimè arrogans in alios interpretari est ausus, quod suis vsu venit, ab ipso malè persuasis. Cum enim an. 1545. ex Belgio in Germaniam esset allatum numisma, nescio cuius arte, aut iussu cusum, vbi inter columnas, quas victor Carolus V. August. pro Insignibus gestat, erant compedes, atq; in orbiculo legebatur, Ad alligandos Reges

eorum

eorum in compedibus: Ille tertius Helias de Duce Henrico Bruynſvvicen: interpretari non ambigebat: ſed rei euentus pòſt longè alium ac proprium docuit ſenſum: cùm tamen ex ſui ſpiritus mendacis prophetia affirmaſſet, ſuos neutiquam captiuos fore.

Sed has iſtius pſeudoprohetæ nugas diffusè non minùs quàm eruditè refutat D. Fred. Staphylus in Apologia.

Rectè quidem feciſſent illi, ſi nunquàm Luthero, alijsq; pſeudoprophetis habuiſſent fidem: quem tam manifeſtè Pſeudoprophetam fuerant experti annis ſuperioribus. Nam bello illo Ruſtico Principibus Lutherus initiò fuit cóminatus interitū̃m, Ruſticis verò victoriam, quam à ſignis cœli, & prodigijs confirmarat certiſsimam, cùm tamen Principes in illos ſeditioſos armati, victores abierint, ruſtici temerarij temeritatis ſuæ pœnas dederint. *In Libello de ſeditione ruſticorum Sueuiæ.*

Cæterùm quod in Repub. euenit de infauſta illa victoria ab iſto Saxonię Euan-

uangelista contra Cæsarem prædicta, idipsum & de eiusdem Lutheri prophetijs contra Romanum Pontificem proiectis testantur eius Discipuli. Anno enim 25.cùm Papæ omnia, putà, Missam, Episcopos, Monachos, vigilias & cucullas prædixisset intra biennium peritura, suis ipse vidit Lutherus oculis sese pseudoprophetam. Tanquã fumus, inquiebat, euanescent. Sed callidior illa quidem fuit Lutheri prophetia, quam etiam sibi epitaphij loco, ait Bugenhagius Pomeranus, composuit,

*Epistola ad oẽs Christianos de cauẽda seditione*

*Pestis eram uiuus, moriens ero mors tua, Papa.*

Cùm enim de præsentibus rebus ꝑ sæpè mendaciter prophetasset, atq; manifestæ etiam conuictus esset vanitatis, iam de futuris audet prophetare sacrilegus, quod tunc eum nemo facilè mendacij arguere queat.

CAP. II.

*De interitu Lutheranæ doctrinæ.*

Cæterùm quod ad Lutheri pertinet Euangelium, nunc paucis est demonstrandum, quàm revera post eius mortem, quod ipse viuus quadam animi

ſui maledici tyrannide ſuſtentabat, nó modò eſt collapſum: ſed planè núc minetur interitum, req; ipſa verè tãquam fumus euaneſcat, atq; in ipſa nunc adeò pereat Saxonia. Reliquas enim prouincias pridem Lutheraniſmo infectas nunc aut Zvvinglij Caluiniq́ue, aut Svvencfeldij atque Anabaptiſtarum ſectari dogmata notius eſt ex ipſis Lutheranorum, ac in primis Breméſium quiritatione, quàm vt ſit verboſiùs hic referendum. Iam pridem Hedio epiſtola ad Melanchthonem data conqueritur emergentibus tot erroribus, vt ſi quis (inquit) numeret, ferè 128. inueniat, iſtos ſuos ſyneuangelicos in Atheiſmum relabi.

*Confeſſ. Saxonum.*

*Hedio Euãgelicos conqueritur in Atheiſmũ relabi.*

„ Certè omnia, inquit, plena ſunt pe„ riculis, & neglectus Religionis, vere„ q́ue honeſtarum diſciplinarum in pri„ mis Theologiæ, ex ſtudioſis rariſsimꝰ „ inuenitur, qui ſe parabilem præbeat, „ vt didacticus euadat. Adeò omnes „ horrét hanc profeſsionem, & cauſan-

„ tur

*Videlicet tales sunt fructus noui Euangelij.*

„ tur hoc disſidium (quod iam hic ſub-
„ ortum erat inter Euangelicos ) vt ne-
„ ſciã, quales poſteritas ſit habitura ver
„ bi (per Lutherum deprauati ) præco-
„ nes. Papatus reijcitur, Chriſto non
„ dantur nomina : iuuentus fere nihil
Dei habet. Sic ille quidem pręſaga ſanè
mente Lutheri Euangelio præſens, vi-
dit impendere ex tali diſcipulorum diſ
ſidio exitium: quod verbis diſertis tan-

*Cauſſæ ab Illyrico collectæ, cur repentè Lutheri Euãgeliũ pereat.*

tum non agnoſcit Illyricus, cauſſas va-
rias enumerans, cur repentè Lutheri
nunc pereat Euangelium. Poſteaquam
enim varijs doctrinæ capitibus demon
ſtraſſet, Lutheranos iam ad Pontificis
Romani doctrinam inclinare, adeoq;
in doctrina & cæremonijs ſeſe illi con
formare, exclamat plus quàm tragicè,
Perit iam, inquit, idque repente veri-
„ tas (per Lutherum) patefacta. Philo-
„ ſophia, Papiſmus & innumeræ ſectæ
„ in templo DEI (à Luthero erecto)
„ longè lateque primam Cathedram
„ occupant. O Paſtores mortuos non
mu-

,, mutos? O gregem Chriſti miſerum,
,, qui à talibus (Lutheri diſcipulis) pa-
,, ſcitur? Talem perniciem cùm à Paſtoribus ſuis & Doctoribus Lutheranæ Eccleſiæ impendere oſtendiſſet Illyricus, quòd Lutheri Euangelium ſuo fermento corrumpant, alteram quoq; exponit cauſam, cur certum exitium Lutheri Euangelio immineat.

Ea autem eſt, quòd magiſtrarus Politici, qui Euangelio Chriſti (per Lutherum de ſcabellis eruto) nomen dederunt, plurimis in locis præſtigiatoribus & corruptelis locum, dignitatem, præmia præbent: quos ideo magis complectantur, quòd eos ſibi promptius ſeruire, conniuere & adulari cernunt. Confeſſoribus veritatis (per Lutherum patefactæ) os obſtruũt, pennas excutiunt, libros ne typis excudantur, vetant. 2.

Sed præſentiorem Lutheri Euangelio adferat pernitiem, quod ſubtexuit, nimirũ quod magiſtratus ciuiles auda- 3. *Politici cōcionatorib'. doctrinæ*

ciſsi-

*formulam præſcribũt in Germania.* ciſsimè formas Religionum ex ſuo cerebro fundunt, & formulas præſcribunt quas miniſtris verbi Dei (ſecundũ Lutherum) imperioſè obtrudunt. Deinde conqueſtus de Lutheri diſcipulis
4. Germanorum paſtoribus quod dormitant, quòd paſsim ſuum etiam miniſterium produnt, & ſponte tradunt Politicis viris: qui illotis (inquit) manibus in gubernationem illam ſpiritualem verorum (Lutheri) miniſtrorum verbi Dei, legitimeq; ſuo officio fungentium irrumpunt, ſeſe vtroque gladio accingunt, cùm nec vnum quidem ſuum rectè adminiſtrare nôrint. His ex cauſis tandem concludit Illyricus ille purus putus Lutherici Euangelij reſtaurator,

*Politici utrunq; ſibi gladium accingunt.*

„ Religionem (per Lutherum confi-
„ ctam) paſsim dilui corruptelis Papi-
„ ſticis, Sectarios omnia lõgè lateq; oc-
„ cupare & vaſtare. Iuuẽtus neq; diſcit
„ fundamenta religionis, neq; aliàs ve-
„ ritatem curat; imò eam nunquam auditam Cainico planè furore infeſtat,

blaſ-

blaſphemat, lacerat, & perſequitur. Quid igitur reſtat, niſi extrema abolitio verę (per Lutherum inductæ) Religionis, & verbi diuini (per Lutherum „ in fine ſeculorum è tenebris tandem „ ſcilicet eruti)? Sed ita Illyricus de Lu„ therani Euangelij interitu.

*Extremam abolitionem impendere Lutheraniſmo ait Illyricus.*

Haud diſsimiliter Eraſmus Sarcerius cum ſuis manipularibus in Confeſſion. Mansfeldenſi ſuo Lutheri Euãgelio infauſtũ, adeóq; ſubitaneum ſimilibus ex cauſis ominatur exitium.

*Eraſmus Sarcerius Lutheri Euangelio præſentem ominatur interitũ ex ſectarũ Euãgelicarũ frequentia. & impunitate.*

Cùm enim ſectas creſcere per Germaniam oſtendiſſet eſſe neceſſe, quia omnes (inquit) ferè Principes & Magiſtratus officium in hac re negligunt, ſed petulantiam ingeniorũ confirmãt: quòd cuilibet pro ſuo arbitratu quàmlibet falſam opinionem fingẽdi licentiam permittũt. Rurſus creſcunt ſectæ, inquiunt, propter nouam tyrannidem, quę ſuboritur in Eccleſia (Lutherana). Si quis nõ ſtatim approbat alterius errorem, indignationem & offenſionem

Potentiorum incurrit, ac sæpe de vita periclitatur. Itaq; in hoc vnum incumbunt, vt errores Tyranni vi obtrudant alijs, quod tamen, Deo iuuante, non facient perpetuò. Sed nunc quid illinc concludant accipe. Hactenus causas aliquot recensuimus, quamobrē (inquiunt) floreant Hæretici & sectę, ex quibus perspicuū esse potest, q̄d tandem secuturū sit, videlicet horribilis interitus purioris (Lutheri) doctrinæ, quàm subitò præter omnem expectationem amittemus, ignorantes quo tandem modo amissa sit.

*Ex Confess. Mansfeldensium.*

*Conclusio necessaria ad Lutheranismi interitum & abolitionē.*

Hunc quidem in modum de Lutherani Euāgelij ruina & interitu ipsi Lutheranismi purioris professores haud postremi Illyricus cum Ienensibus, Sarcerius cum Mansfeldensibus. Quod si Caluinistis fidem habeas, iactitant libellis in vulgus editis Lutheranismum esse suo studio ac diligentia euersum: cùm innumeri quotidie ad Caluinum deficiant Lutherani. Istud seriò triumphat

*Lutheranismi ruina & euersio per Caluinistas.*

phat ac præ cæteris impotentiſſ. gloriatur ouaturus Clebitius libro de Victoria Veritatis, & ruina Papat⁹ Saxonici.

Huic Sacramẽtariorũ victoriæ (prô Deũ immortalẽ) nimis gliſcenti ſuffragantur publicè & priuatim, nõ pauci Euãgelici profeſſores, ad rauim vſq;, imò ad ignẽ & rogũ vſq; (ſed excluſiue) Lutheraniſsimi: qui nondum ſatis quæſtus, aut gratiæ popularis vident, cur fidei ſuæ nomẽ mutent publicè. Sic miſeri iſti re ipſa explent, quod D. Paulus Spiritu Dei doctus de hæreticorum pronunciat ingenio: Corrupti mente 2. *Tim.* 3. reſiſtunt veritati, reprobi circa fidem, errantes & in errorem trahentes, ſeductores & in peius proficientes, ſiue impietatem augentes; ſed non proficient vltrà, neque amplius (quàm Deus patitur) augeſcet improbitas impia. Inſipientia enim illorum ἄνοια & amentia omnibus, erit (ô vtinam citò) manifeſta & euidens.

Cùm igitur publicis his teſtimonijs CAP. XII.

etiam in vulgus notissimis, non tam à Caluinistis, quàm à præclaris & cõstantibus Lutheri discipulis profectis, manifestum sit Pseudoeuangelium per Lutherum in Germaniam inuectum, non modò populis plurimis attulisse exitium; sed ipsum quoq; perire discipulorum Lutheri dissidio, coniuentia, proditione, vides quam verus fuerit non Christi, quod iactabat, Euangelista: sed verus illius Magni Antichristi prçcursor atq; Lucernarius quidam.

*Lutherus uerus Antichristi propheta & præcursor.*

DVB. Equidem nunc agnosco perspicuè, Deo Opt. gloria sit immortalis, ac tibi gratia nũquam peritura, Lutherum, Caluinum, Bucerũ aliosq; Euangelicos non verum Christi Euangeliũ orbi renouasse, sed corrupto Symbolo, adulterato nouo Testamento, verum Christi Euangeliũ deprauasse, peruertisse, suppilasse. Rursus Euangelij istius noui prætextu excitatis sectariorum turbis fere 70. non nisi priscas hæreticorum damnatissimorum hæreses abominan-

*Quidnam uerè per Euangelicos effecerit Diabolus.*

*Lutheranismus Turcicæ seruituti Germanis inferendæ uiam cer*

ominandas imperitis hominibus illos *tissimã præ*
venditasse: Imò Euãgelij titulo verum *parat.*
Iudaïsmum inuexisse, ac si verum dicere fas est, verum Mahumetismum Germaniæ, vereor, Turcarũ præambulonem induxisse; quæ tot doctrinæ capitibus cum impia illa Turcarum religione consentit, ac indies magis ad illius imperium plusquam Tyrannicũ sese componit, licet à Deo Opt. Patre plurimis bellorum, famis, ac pestis flagellis fuerit ad resipiscentiam benignissimè (heu frustra) reuocata.

CON. Rectè istam Euangelicorum doctrinam ita ad viuũ cum Mahumetismo consentientem Turcarum præambulonem vocas, quod ego Germaniæ nostræ dulcissimæ patriæ admodũ malè metuo. Non sum Propheta, non Prophetæ filius, sed coniectare mihi licet, vehementer vereor, ne aut nosipsi, qui vix dum octo expleuimus hoc in vitæ breuissimæ exilio lustra, aut saltẽ nostri posteri iam nunc editi, eandẽ vi-

deant Germaniæ, quæ nunc eſt (proh dolor) Hungariȩ & Græciȩ multò miſerrimæ, faciem. Cùm enim ſua in perfidia perſiſtat, immò in deteriora ac magis impia indies delabatur, atq; in ſua à Chriſti ouili, quod Catholica eſt Eccleſia, apoſtaſia obduret ac ſordeſcat fœdiùs, an ei Chriſtum credas diutiùs fore propitiũ, niſi certam melioris frugis, veræq; reſipiſcentiæ ac reditus cũ illa in concordiã ſpem fecerit? Quãtum aũt his diuini furoris plagis accelerandis, ſiue infeliciſsimæ Turcarum victoriæ cõducat Lutheri doctrina, & inde nata Principum, Prouinciarum, & Ciuitatum in Imperatores q̃uidem, inobedientia, reſiſtentia, rebellio: in ſe mutuò verò diſsidia, odiaq; internecina, quibus Turcarum viribus depellẽdis fiunt impares, ipſe Turcarum Imperator Solymannus non diſsimulanter audet profiteri. Nam Luthero nunciari fecit, vti ex fide digniſsimis refert Ioannes Manlius, per ciuem quendam Haga-

*Lutheraniſmo Imperiũ Germanicũ concidit, quia eo cõcordia diſſoluta eſt, obedientia ſublata, reſiſtendi neruus fractus, ac depellendi uis labefactata.*

*Quantum ſpei de Germania occupandæ Turca conceperit ex Lutheri doctrina paſsim inualeſcẽte. Vide Loc. Communes*

Haganenſem illuc Legatum miſſum, *Manlij To-*
vbi de Lutheri ætate inquiſiſſet, ac quin *mo 3. folio*
,, quagenariũ cognouiſſet, Vellem ip- *196. contra*
,, ſum (inquiebat Solymannus) iunio- *2 man. Li-*
,, rem eſſe, habiturus eſſet me beneficũ *bro de pote-*
,, Dominũ. Quẽ Tyranni Turcici ani- *ſtate ſecula-*
,, mũ erga ſe vbi audijſſet Lutherus, De *ri.*
,, us me (inqt ſigno crucis facto) tuea-
,, tur à tali benefico Dño. Neque eſt
quod demireris Dubitãti, tantopere fa-
uiſſe Solymannũ Lutheri honori. No-
rat enim, q̃ ſtrenuam ipſi iampridẽ na-
uaret operam, quamq; partes ſuas egiſ-
ſet præclarè, cùm Turcis docuerit non
eſſe reſiſtendum; Item non eſſe tributa
pendenda in bellum Turcicum; Nõ li-
cere Chriſtianis bellare, aliaq; id genus
Turcis longè gratiſsima. Rurſus aſſert.
articulo 24. Præliari aduerſus Turcas,
eſſe repugnare voluntati Dei, viſitanti
iniquitates noſtras. An aliquid optati-
us audiant Turcæ, an quid dicatur gra-
tius, quàm non licere ipſis reſiſtere, nõ
repugnare, non belligerari? Imò pecca-

tum esse illis repugnare? An apertiorẽ Turcarũ Tyrannus sibi in Germanico Imperio, cui iamdiu inhiat, optet Proditorem? an veriorẽ reperire queat Sinonẽ, cuius voce ceu Dei oraculo (cùm illum prophetam passim habeant) animos militum frangat, Principes exanimet, Imperatorũ mentem effœminet? An non tali suarum rerum agenti, tam sedulo, tam indefesso, pro meritis sese haud iniuria beneficum polliceatur aliquando Dominum futurum? Verùm de his in præsentiarum satis.

*Epilogus huius operis. Vera certaq; salutis uia per Christi Euangelium est fides Eccles. Catholicæ, bonam piamq; uitam. Quisnã Catholicus aut hæreticus uerè sit.*

Habes nũc, Dubitanti, vnde veram certãq; salutis æternæ per Christi Euangelium capias, teneasq; viam, quam vti in sola vides consistere ac verè esse Catholica Christi Ecclesia; ita in illa Christianè sentire, credere, viuere oportet. Qua cum si sentias, ac eius doctrinę ceu reuerà Euangelicæ totus ac indubius adhæreas, verè fueris Catholicus: à cuius etiam doctrina, sensu & iudicio, si aut pertinaciter dissentias, aut irreconcilia-

ciliabiliter discedas, & hîc fueris verè Schismaticus siue Hæreticus, & post hanc vitam indubiè regno excluderis æterno, vni sanctæ Catholicæ Ecclesiæ ab origine mundi præparato. Extra controuersiam enim inter omnes constat, non posse Deum habere Patrem, qui veram Christi Ecclesiam hîc non habet matrem, quæ vna est hæc nostra Sancta, Catholica, Apostolica Ecclesia, quæ Petrum Apostolum ac eius successores Roman. Episcopos totius ouilis Christi agnoscit, reueretur, suspicit pastores & rectores. In qua si næuos aliquot vides, si vitiorum scandala, si quorundam abusuum carcinomata, nó te ita offendant, vt ab ea te separes, aut eam deseras, haud magis, quàm à tua ciuitate, in qua vides ciuium quædam vitia, vsurarios, potores, adulteros, lenones.

*Extra uerã Christi Ecclesiam nulla salutis spes.*

*Quænam uera sit certò Catholica Ecclesia.*

*Propter hominum uitia & abusus non debet sapiens uerã Christi Ecclesiam deserere, aut spernere.*

DVB. Nequaquam mi Constanti. Æquum enim existimo patienter ferre tam vasto & senili in corpore næ-

*Officij Pij uiri hac tempestate.*

 uos

*Orandum quid Catholico pio uiro* uos quosdam, ac morbos etiam fonticos, cùm id in familia vel mediocri nō sit euitabile. Itaq; meæ solicitus vocationis æternæ, ac cœlestis hæreditatis, scandalorum incuriosus, meam procurabo salutem, Deum Opt. supplex obsecrans, vt in me suam Fidem seruet Catholicam, ac Ecclesiæ suæ filium faciat & numero, & merito: hoc est, Christianum vera fide & vita Euangelica ornatum: alijsq́; fratribus, pro sua cuiq; statione largiatur suum præstare officiū, quò tandem eodem perueniamus, vbi videbimus facie ad faciem, quod nunc in speculo: vbi possidebim⁹ beati, quod nunc firmiter credimus, & certò nobis speramus.

CON. Istud si feceris sæpiùs, Christiana pietate dignum feceris. Sed te obsecro, vt dum tuæ salutis tam es solicitus, ne te pereuntium fratrum, hoc est, ab Ecclesia hac vera Christi Catholica aberrantium capiat vnquam obliuio; eos Deo opt. Patri assiduis, quæso,

*Pro errantibus obnixe ac persæpe orandū pijs.*

com-

commenda precibus, vt cæcorum oculos illustret, vt afflictos & aberrantes in viam reuocet, saucios vexatosque immundis errorum spiritibus sanet, à quorum laqueis erutos in caulam illam vnicam suam, salutis æternæ portum, reducat naufragos, ac propè demersos.

Hoc enim pietatis verè Christianæ officio non solùm illis resipiscentiam à Diaboli laqueis, ac reditum ad Ecclesiam Deo propitio impetrare poteris: sed tuam ipsius etiam salutem reddes confirmatiorem, ac coronam tibi parabis longè illustriorem, quam Deus reddet diligentibus se, atq; aduentum eius vigilanter expectantibus, vt orthodoxa fide ac bona vita ornati, accensisq; bonorum operum lumine lampadibus instructi venienti Domino occurrant parati, cum eo ad æternas illas, immortalesque agni sponsi nuptias introitum: quò nos omnes quotquot CHRISTI nomine censemur, sua pietate per-

ducat D E V S Optimus Maximus,
qui in Trinitate perfecta viuit &
regnat Deus per omnia se-
cula seculorum.
AMEN.

FINIS.

## INDEX RERVM MEMORABIlium huiusce opusculi.


Adamæi 172
Adamitæ 171
Adiaphori anabaptistæ 173
Adiaphoristæ 132
Aegydiani hæretici 179
Aetij hæretici doctrinã probant multi 268
Alascani hæretici 160
Ambrosiani hæretici 174
Ambrosium & Augustinum de Luthero prophetasse, aiunt quidam 323
Amsterdamensis lex politica 6
Anabaptistæ quidã dæmones saluandos docent 184
Anabaptistæ quidam legere nouerunt, quod nunquam didicerunt 284
Anabaptistæ qui sint 166
Anabaptistarum auctor an Lutherus uel alius 166
Angliæ rex de Luthero 73
Antichristiani hæretici 184
Antilutherani qui 140
Antimariani hæretici 165
Antinomi qui, & eorum doctrina 126
Antuerpiensis Prior Sutphanus Lutheri doctrinam amplectitur 51
Apocalypsis est Ioannis Apostoli 16
Apocalypticæ bestiæ numerus in Luthero expressus 320
Apostolicæ uox cur Symbolo addita 34
Apostolici qui 169
Apostolorum unumquemque notat scommate Quintinus hæreticus 180
Arianismum renouant. Lutherus, Hetzerus, Campanus, Seruetus, Illyricus, Suuencfeldius, Caluinus, & alij. 189
Arrij mors 327


Z Athei

Athei quidã hodie sunt 187
Atheorum sectæ etiam nunc exoriuntur 246
Atheos Euangelicos fieri ait Hedio 333
Auerrois blasphemiã in Christianos approbant Euangelici 232
Augustiniani hæretici 174
Babylonica captiuitas Lutheri 47
Baculares hæretici 175
Baptismũ non esse necessariũ pueris, docet Caluin. 149
Baptismũ non esse necessariũ utriq; & Mahumetani et Euangelici quidã docent 228
Basilidis doctrinã quis sequatur 203
Batenburgici hæretici 178
Belliani hæretici 135
Berẽg. errores renouati 201
Beza negat Deum omnipotentem 153
Bezanitæ hæretici 153
Beza quàm sit uir bonus 247
Bibliorum corruptio communis est & Luthero & Mahumeto 10
Bonarum literarum quàm rerum aut pietatis amantiores Luthero fauebant 46
Boquinij hæretici 154
Brentiani 132
Bucerani 36
Buceri testimonium de Luthero 68
Bucerus negabat Christũ uerum esse promissum & alitum, uolebat cum Iudæis expectandum 185
Cadij 233
Calamitates enumerãtur quas Lutheranismus attulit 285
Calicularij hæretici noui hodie 196
Calu. de Luth. testimo. 272
Caluini mors 328
Caluinistæ 147
Caluinistæ cur dicantur noui Sacramentarij 152
Caluinistæ Nestoriani 157
Caluinus arrianizat 149

Cal-

Caluinus docet pueris non esse necessarium baptismum 148
Caluinus homicida 279
Caluinus sanguinarius iudex 280
Caluinus uoluit mortuum excitare 279
Camerarius facit Luthe. omnium turbarũ in Germania causam 38.121
Campanistæ 161
Carnis resurrectionem quidã factam putant 215
Carolstadij nuptiæ fictitia Luther. missa celebratæ 105
Carolstad. imagines & Missã oppugnat 65
Carol. V de Luthero 76
Cathari hæretici 169
Cat. uocẽ quis & cur in Christianam uocem mutarit 11
Catholicæ uox uerissima est nota Ecclesiæ 12
Catholici quidã uideri uolunt, qui tamen partem in regno Dei non habebunt 252
Cerdon cum Caluino idem olim docuit 203
Cerinthum q resuscitent 202
Christiani quidam fuerũt, qui nullam scripturam acceperant 16
Christum inuocare pleriq; nolunt 242
Christum passũ ut interpretentur Lutherani 22
Christum quidam aiunt damnatum 244
Christũ sola opinione mortuũ quidam docent 19
Christus hæreticis ut ad inferos descenderit 19
Christus in inferno quibusdã hæreticis passus est 20
Christus nec Iudæis, nec Euangelicis quibusdam uel Messias, uel alia persona à patre, uel Deus 212.219
Circunciduntur & Iudæi, & hæretici quidam 219
Circuncisionẽ quidam hæretici iterũ amplectuntur 197
Clancularij Anabaptistæ 175

Cleinuuitzius de dissensione Lutheranorum 130
Cœna Domini quibusdam nil aliud quàm memoriale 156
Confeßionistæ qui 122
Crucem Christi ut tractent Euangelici 316
Crucis signũ & Iudæi & Euangelici execrantur 217
DAemoniaci hæretici 187
Dæmonicolæ hæretici 187
Dauidgeorgiani uel Dauidici hæretici 176
Dauid Georgius magus 282
Dauid Georgius quis & qualis 176
Dauidgeorgius se Meßiam dixit 277
Dauidgeorgius tertium se iactabat Dauidem 186
Deum Caluinus facit scelerũ auctorem 150
Deum filium quidam dicunt essentiatum 158
Deum omnipotentem negat Beza 153
Deum patrem dicunt pleriq; essentiatorem 158
Diabolus ab hæreticis decies indies inuocatur 245
Donatistæ qui hoc tempore sint 205
Dubiũ in fide quid efficiat 1
EBionem quis ab orco reuocet. 202
ecclesia Christi cur inexpugnabilis 32
ecclesia cur catholica ab Apostolis dicta 30
ecclesia cur sancta dicatur 30
ecclesia Dei uera quæ sit, ubi sit, & quomodo discernenda 29
ecclesiæ certißimum est signum uox Catholica 11
ecclesiæ plúsne Lutherus an Caluinus mali attulerit 274
ecclesiæ ueræ Apostolicæ signa quæ 29
ecclesiam Catholicam deserens salutem non consequitur 27
ecclesiam sanctam ut hæretici interpretentur 23

eccle-

ecclesia non propter quorundam scelera est deserenda 324
ecclesia Romana est Apostolica ueritatis apotheca 35
ecclesia Romana uera Ecclesia 35
Enthusiastæ hæretici 170
epicuræi hæretici 187
episcopatus 14. in Belgia instituti 329
episcopos occidendos Brentius uult, non hæreticos 250
Erasmi de Luthero testimonium 51.69
Euāgelici an uerum Christianorum obtineāt nomen 312
euangelici approbant Auerrois in Christianos blasphemiam 232
euangelici deprauarunt Symbolum Apostolicum 10
euangelici qua ratione fauorē populi uenentur 270
euangelici quibus gradibus fiant athei 246
euangelici quidam miracula facere frustra conati sunt 275.278
euangelici renouarunt priscas hæreses 187
euangelici uincunt impietate Turcas 231
euangelicorum templa sunt sine aris, & forum sine iustitia 314
euangelicorum tres sunt classes 119
euangelicos fieri atheos ait Hedio 333
euangelicos nouos Iudaismū docere, fusè demōstratur 211
euangelij naturam esse, mouere seditiones, uoluit Lutherus 289
euangelium nouum qua fraude & quo ordine introductum 237
euangelium uult sanguinem Zuinglio 288
eucharistiæ eleuationem retinent quidā hæretici 130
euchitæ hæretici 169
eunomius sanctorum miracula

la reiecit 207
Eustathius sanctorum miracula ridet 207
Euthychetis dogma qui sequantur 195
Farellistæ hæretici 147
Festa à Mahumeto & Euangelicis sunt mutata 225
Festa sanctæ Crucis sunt Luthero anathema 217
Festi dies diuinis dedicandi 6
Fidem Catholicam cur tam multi deserant 262
Fides quæ Deo placeat, per simile explicatum 256
Frontis perfrictæ hæretici, quare sic dicantur 137
Galli unde in tantas calamitates inciderit 265
Geneuæ Consilium initum de Rege Gallorum & alijs quibusdam trucidandis 306
Georgij Saxonici Ducis de Lutheranis apophthegma 117
German. Apostolus fuit D. Thomas 31
Gnostici noui 293
Hæreses cur exortæ 109
Hæreses priscæ per Euangelicos renouatæ 188
Hæresiarcharum mors non semper ipsorum sacrilegijs respondet 327
Hæresium origo unde 9
Hæretici quidam uetus Testamentum plane reijciunt 184
Hæretici quotquot hodie dissentiunt ex Luthero orti sunt 117
Hæreticorum discordia confirmat in fide Catholicos 3
Hæreticos non esse occidendos sed Episcopos, docet Brentius 250
Hæreticum facit, discedere à sensu symbol. Apostolici 26
Helffensteinus Comes ab Euangelicis, in lanceas adactus 291

He-

Hedio Euangelicos conqueritur fieri Atheos 332
Hamstedij hæretici 162
Heshusij hæretici 135
Horas canonicas sustulit Lutherus 91
Hugonistæ unde dicti 150
Hungaria capta 300
Hutitæ hæretici 173
Hymenei & Phileti hæreses hodie qui approbent 202
Iacobi Epistolam admittit Caluinus 78
Iacobi Epistolam reijcit Lutherus 78
Iconoclastæ noui 195
Ienenses hæretici 126
Iesu nomen execrantur Iudæi cum nonnullis hæreticis 216
Illyricani qui sint & quid doceant 122
Imagines abolentur à Mahumeto & Euangelicis 226
Imagines nec Iudæi nec Zuingliani ferunt 218
Incarnationem Christi negāt Anabaptistæ 21
Indulgētias elargitur Leo Decimus 39
Indulgētias oppugnat Lutherus 42
Intelligentia non scriptura facit hæreticum 18
Interimistæ 132
Iouiniani hæretici fautores sunt Euangelici 208
Iudaismum per Euangelicos esse inuectum fuse docetur 111
Ius canonicum à Luthero exustum 53
Iustificatorij hæretici quid doceant 128
Iustitiam non dari per sacramenta docuit Lutherus 61
Iustus Velsius. 207
Liberi hæretici 172
Libertini hæretici qui, et quid doceant 180
Liberum arbitrium minus apud Euangelicos quàm Mahumetum ualet 233

Lymbus patrum fabula hæreticis est 20
Lipsica disputatio 42
Liuonicæ calamitatis causa est defectio à fide Catholica 308
Loistæ qui sint 248
Louaniensis quædam meretricula Promissi mater à quibusdam existimata 185
Lutherana doctrina cur Illyrico & Sarcerio intereat 335
Lutheranæ doctrinæ interitus 332
Lutherani D. Ambrosium & Augustinum de Lutheri aduentu prophetasse confingunt 323
Lutherani qui sint 120
Lutherani se ipsi cœlo excludunt 64
Lutheranismi origo 37
Lutheranismus imperitis quidem placet, sed tamen diu probari non potest 4
Lutheranismus quas attulerit calamitates 282
Lutheri aliquot superba dicta 69
Lutheri conuicia in Sanctos, Episcopos, & Reges 69
Luth. corruptelæ nouo Testamento inspersæ 72
Lutheri doctrina de castitate & similibus 103
Lutheri exilium uoluntarium 46
Lutheri fides planè noua est 48
Lutheri inconstantia in doctrina sua 114
Lutheri libri exuruntur 45
Lutheri opinio de Baptismo confutata 58
Lutheri oraculum de Papa Romano 329
Lutheri pœna nõdum est definita 227. 325
Luther. pseudoprophetia de Henrico Brunsuicensi 330
Lutheri secta in triginta quatuor sectas dissecta 130
Lutheri spiritus diabolicus 65

Luthe-

Lutherus cucullo suo indutus ad fenestram sedens Testudinem pulsat 48
Lutheri in Dei populum falsendum insidiæ 56
Lutheri superbia 222
Luth. fuit scopus ut Papæ incommodaret, non ut ueritatem annunciaret 53
Luthero nato mox uariæ exoriuntur sectæ 47
Lutheropapistæ 137
Luthero quæ causam dederit ad noua dogmata dissemi-nanda 49
Lutherosiandriani qui 132
Lutherosuuingliani qui sint 132
Lutherum Centurionis nomine celebrat Foxus 275
Lutherum crassum Rusticum uocat Ioannes à Lasco 275
Lutherum docuit Diabolus 67 120
Lutherum malè transtulisse Scripturas etiam Euãgelici & ipse Lutherus agnoscũt 84.96
Lutherum tertium esse Eliam negat Caluinus 273
Lutherum turbarum omniũ in Germania causam facit Camerarius 38
Lutherus an sanctus 325
Lutherus à Pontifice excommunicatus 45
Lutherus à puritate sibi finxit nomen 59
Lutherus de incarnatione Christi quid statuat 21
Lutherus deprauauit scripturas 80
Lutherus ex numero bestiæ iudicatur Antichristus 310
Lutherus fatetur non propter Deum sese nouam inuexisse doctrinam 43
Lutherus fit Monachus 37
Lutherus hominibus carnalibus accommodat suam doctrinam 56
Lutherus miracula facere frustra molitus 275
Lutherus mulieribus sacerdotum munus concessit 93

Lutherus mutilauit Scripturas 76
Lutherus odio Papæ omnia sua instituit 43
Lutherus omnium calamitatū auctor, teste Camerario 317
Lutherus ordines cōtulit 93
Lutherus potus mortuus est 326
Lutherus prius Ludder dictus 220
121
Lutherus putatur incubo natus 66
Lutherus qualem uxorem duxerit 104
Lutherus quibus nominib. appelletur 121.320
Lutherus reijcit
ad Hebræ. Epist. 3. D. Ioan. 2. D. Pe. 80
Apocalypsin Ioan.
Libros Machabæo.
Lutherus seditiosus 286
Lutherus se iactat Euangelistā & tertiū Eliam 82.120
Lutherus tēpore Rustici belli duxit uxorem 298

MAcedonianismus ab hæreticis nostris renouatus 191
Mahumeti de Eucharistia doctrina 231
Mahumetismus à Luthero & eius discipulis introductus esse copiosè ostenditur 207
Maiorani qui, & quid doceāt (72
Maliapi qui dicantur hæretici
Manes Persa præceptor est Lutheri & aliorum 204
Manifestarij Anabaptistæ 175
Mannarij hæretici 219
Mansfeldenses hæretici qui sint 126
Marcion cur mus Ponticus dictus 99
Marcionem sequuntur Libertini 203
Marcionistæ & Richerij qui sint 154
Mariæ & Sanctorum cultum reijcit cum Euangelicis Mahumetus 226
Martyriani qui 144

Maßiliani noui 206
Matrimonij doctrina eadem Lutheranis & Mahumetanis 228
Matrimonij leges eædẽ apud Iudæos & Euangelicos 213
Matthæus quando scripserit Euangelium suum 15
Melanchthon ex Manichæo factus est Pelagianus 136
Melanchthonici 135
Melchioritæ 174
Menno iactat miracula 278
Mennonitæ hæretici 171. 230
Miracula facere conati sunt quidã Euangelici 271.278
Monasterienses hæretici 175
Monothelitæ noui 1[illegible]5
Mundi finis quando Iudæis et hæreticis sit futurus 219
Muntzerici hæretici 167
Muphthij 233
Musculani quid doceant 127

N

Nestoriani noui 208
Nestoriani sunt Lutherus & Zuuinglius & plures alij 193
Nestorij mors 327
Nouatiani sunt nostri Euangelici 204
Nudipedes hæretici qui dicantur 169

O

OEcolampadiani 143
Oecolampadij mors 328
Osbusius deprehendit numerum Apocalypticæ bestiæ in Luthero 329
Oldendorpius priore coniuge superstite alteram duxit 230
Ollarij hæretici 176
Omnes sectæ sibi Euangelium arrogant 118
Omnipotentem Deum quidã negant 18.153
Orantes hæretici 169
Ordinis Sacramentum Lutherus planè reiecit, Mahumetus non omninò 233
Origenis dogmata quidã sequuntur 195
Osiander alterum se esse Enoch dicebat 223

Osiandriani qui 127
Osiandri mors 328
PAcifici hæretici 178
Paschæ festum immobile esse oportere contendit Lutherus 235
Pastillarij qui sint 131
Pastoricidæ 179
Patrem omnipotentem negãt quidam 18
Paulini hæretici 175
Peccatorum remißionem ut accipiant Euangelici 24
Pelagianismus à Lutheranis in lucem reuocatus 199
Pfeffingeri hæretici 129
Plagas nouẽ ex Lutheri Euangelio uenisse docetur 290. 300.301.332.333.205.306
Pneumatici hæretici 174
Pœnitentia Iudæis & Euangelicis est eadem 215
Porphyriũ quidam hæretici sequũtur in doctrina sua 270
Postellani 164
Præmonstratensis Apostata quis fuerit nescitur 185
QVadragesima per Lutherum & Mahumetum sublata 224
Quintinistæ hæretici 180
Quintinus quemq; Apostolorum scõmate notabat 181
RIcherij qui, & Marcionistæ quid doceant 154
Rysuicani qui sint 218
Rustici belli catalogus 294
Rusticorum bellum in Germania 290
SAbbatum seruant quidam hæretici 218
Sacramentarij qui 140
Sacramentariorum septem sectæ 143
Sacramenta ut tractentur à Carolstadio & Iudæis 215
Samosateni error à quibus renouatus 197
Sancti noui coluntur ab Euangelicis 227
Sanctorum communionẽ quã intelligant Libertini 25
Sanctorum & Mariæ cultum reijciunt Euangelici cũ Mahu-

Mahumeto 226
Sanguinarij hæretici 179
Scripturæ aliquot loca à Luthero corrupta 85
Scriptura & uerbum Dei ut differant 13
Scripturarij hæretici 175
Scripturarum canon & sensus idem Iudæis & Lutheranis 214
Scripturas Lutherus deprauauit 80
Scripturas mutilauit Lutherus 76
Scripturas uertendo corruperunt Seruetus, Castalio, Beza, & alij 97
Scriptura uera q̃ credẽda 14
Scripturis auctoritatem abrogauit Theodorus Coriarius 101
Sectæ totidẽ ex Luthero natæ, quot ex Alcorano 223
Sectarum catalogus ex Lutheri doctrina natarum 119
Semicatholici hæretici 140
Semilutherani qui sunt 132
Seruetiani hæretici 159
Seruetus se unicum orbis prophetam iactitabat 277
Simonis Magi discipuli qui hodie sint 202
Solymannus Turcarum Imperator quid de Luthero dixerit 322
Spirituales hæretici 169
Spirituales hæretici quidã se appellant 181
Stancariani qui sint 127
Stebleri hæretici 175
Sudor Anglicus 301
Suencfeldiani 163
Sutphanus Prior Antuerpiensis adhæret Luthero 51
Symbolo crr addita uox Apostolica 34
Symbolum ab Apostolis est traditum 16
Symbolum Apostolorum Euangelici deprauarunt 10
Symbolum fidei an sit Apostolorum credendum 12

T

Talimeanni 233
Templa non sunt fabulis

lis & ambulationibus consecrata 6
Terræmotus horribilis per Sabaudiam 310
Testamentum uetus quidã hæretici planè reijciunt 184
Theodorus Beza à Cõdiscipulis suis ἄθεος & Epicuræus habitus 247
Thomas fuit Apostolus Germaniæ 31
Tybbæ qui hæretici dicantur 172
Tilianum Haghense 6
Transconditiatio à quibusdã hæreticis inducitur 155
Transsubstantiationem quidã hæretici suo sensu admittũt, quidam non 155
Trinitarij 165
Turcarum Imperatori subijcere Christianos student non ui Euangelici 220
Turcas uincunt impietate Euangelici 218
Valẽtinistæ hæretici 157
Valentinus nouus Suecfeldius 202
Vbiquetij hæretici 133
Verbũ Dei & Scriptura quomodo differant 13
Verbum Dei uerum quomodo cognoscendum 14
Verbum Dei ut Mahumeto iudex controuersiarum est, ita quoq; Luthero 223
Vigilantium sequuntur hodie multi 207
Virgines sacras ut Lutherani tractent 316
Vsuram licitam & Euangelici & Iudæi tradunt 213
Zetelgeesten qui 176
Zuingliani qui 141
Zuinglij mors 327
Zuinglio arma suppeditat Diabolus contra Eucharistiam 141
Zuinglius dicit dogma suum sibi à Genio confirmatũ 262
Zuinglius errorẽ reuocat Pelagij, & Nestorij. 142

FINIS.